

35 A1

474

35 A 1

NOVVM TESTA-

MENTVM IAM QVINTVM ACCVRA/
tissima cura recognitum à DES. ERASMO ROTER.
cum Annotationibus eiusdem ita locupletatis,ut
propémodum opus nouum uideri possit.

ϛ῎ μαργαϱίτην τίμιον
ἀπόδυς ἄωαντα λάμβανε.

En margarítum nobile,
Eme,si cupís dítescere.

BASILEAE ANNO M D XXXV

Cum priuilegio Cæsareæ maiestatis ín annos quatuor.

DILECTO FILIO

ERASMO ROTEROD. SACRAE THEO-
LOGIAE PROFESSORI.

LEO, PP A S X.

DILECTE FILI SALVTEM, ET APOſtolicam ben̄. Valde nos delectarunt lucubrationes tuæ in Teſtamentum Nouum iam pridem æditæ,non tam quia noſtro nomini dicatæ fuerant, quàm quòd non uulgari, ſed noua & inſigni quadam eruditione præſtabant,omniúmque doctorum calculo plurimum laudabantur. Quas nuper à te recognitas, & pluribus additis annotationibus locupletatas,illuſtratasq; fuiſſe, certiores facti non mediocriter gauiſi fuimus,ex prima illa æditione,quę abſolutiſsima uidebatur,coniecturam facientes,qualis hæc futura,quantum'ue boni,ſacræ theologiæ ſtudioſis,ac orthodoxæ fidei noſtræ ſit allatura. Macte igitur iſtius animi tui eſto, ac publicæ utilitati ſtudens,operi tam ſancto,ut in lucem exeat, ſedulo inuigila,dignam quidem tot laborum mercedem ab ipſo deo relaturus:à nobis uero meritam commendationem, & cunctis Chriſti fidelibus perpetuam laudem conſequuturus. Datum Romæ apud ſanctum Petrum,Sub annulo piſcatoris.Die x. Septemb. M. D. XVIII. Pontificatus noſtri Anno Sexto.

Euangeliſta.

LEONI DECIMO

PONTIFICI MODIS OMNIBVS SVMMO,
DES. ERASMVS ROTEROD. THEO-
LOGORVM INFIMVS S. D.

INTER TOT EGREGIA DECORA LEO Decime Pontifex Maxime, quibus undique clarus & ſuſpiciendus, ad pontificiæ dignitatis culmen adiſti, hinc infinitis Mediceæ domus ornamentis, non minus erudi torum hominum monumẽtis, quàm maiorum tuorum imaginibus & honoribus inclytæ, hinc innumeris cor-poris animiq; dotibus, quas partim diuini numinis in-dulſit benignitas, partim eadem aſpirante, tua parauit induſtria, non alia res te uerius aut magnificentius illu-ſtrauit, quàm quòd ad iſtum honorem, quo maior inter homines, homini non po-teſt contingere, parem morum attuleris innocentiam: neque enim uitam modo ab omni dedecore longe lateq; ſemotam, uerum etiam famam, nulla unquam ſiniſtri rumoris labe aſperſam ad pontificiam ſublimitatem pertuliſti. Id quod quum ubi-que difficillimum eſt, tum præcipue Romæ, cuius urbis tanta eſt libertas, ne dicam petulantia, ut illic à conuicijs parum tuta ſit & integritas, ac ne ij quidem abſint à cri-mine, qui plurimum abſunt à uitijs. Quibus rebus factum eſt, ut Leoni non paulo plus ueræ laudis pepererit, quòd ſummum pontificium promeruiſſet, quàm quòd accepiſſet. Iam in ipſa pulcherrimi ſimul & ſanctiſsimi muneris functione, quum tot præclaris factis, tot eximijs uirtutibus ſuſceptum honorem uiciſsim cohoneſtes, nihil tamen eſt quod te ſuperis pariter & mortalibus commendet efficaciùs, quàm quòd ſummo ſtudio pariq; ſapientia illud potiſsimum agis ac moliris, ut indies in melius prouehatur Chriſtiana pietas, hactenus temporum maximeq; bellorum uitio, nonnihil labefacta collapſaq;, ut eſt cæterarum item omnium rerum huma-narum natura, ni manibus pedibusq; obnitamur, paulatim in deterius relabi, uelu-tiq; degenerare. At res egregias aliquoties ut difficilius, ita & pulchrius eſt reſtitu-iſſe, quàm condidiſſe. Proinde quando tu nobis uelut alterum præſtas Eſdram, & ſedatis, quod in te fuit, bellorum procellis, ſarciendæ religionis prouinciam ſtrenue capeſsis, par eſt nimirum, ut omnes ubique gentium ac terrarum Chriſtiani, rem omnium pulcherrimam ac ſaluberrimam conantem, pro ſua quiſque facultate ad-iuuent. Iam uideo paſsim excellẽtes ingenio uiros ceu magnos & opulentos reges, Solomoni noſtro in templi ſtructuram mittere marmora, ebur, aurum, gemmas. Nos tenues reguli, ſeu potius homunculi, qualeſcunq; materias, aut certe caprarum pelles, ne nihil conferamus, mittere ſtudemus: uile quidem munuſculum, quod ad noſtrã attinet operam, ſed unde (niſi me fallit animus) Chriſti templo, ſi non mul-tum ſplendoris, certe non parum utilitatis ſit acceſſurum, præſertim ſi eius calculo comprobetur, de cuius unius nutu ac renutu ſumma rerum humanarũ pendet uni-uerſa. Etenim quum illud haberem perſpectiſsimum, præcipuam ſpem planeq; fa-

eram,ut aiunt,ancoram,reſtituendæ ſarciendæq; Chriſtianæ religionis in hoc eſſe ſitam,ſi quotquot ubique terrarum Chriſtianam philoſophiam profitentur,in primis autoris ſui decreta,ex euãgelicis apoſtolicisq; literis imbibant,in quibus ſermo ille cœleſtis,quõdam è corde patris ad nos profectus,adhuc nobis uiuit,adhuc ſpirat,adhuc agit & loquitur,ſic ut mea quidem ſententia nuſquam aliàs efficacius aut præſentius:ad hæc,quum uiderem ſalutarem illam doctrinam longe purius ac uiuidius ex ipſis peti uenis,ex ipſis hauriri fontibus,quàm ex lacunis aut riuulis, nouum(ut uocant) teſtamẽtum,uniuerſum ad Græcæ originis fidem recognouimus, idq; non temere neq; ſeui opera,ſed adhibitis in conſilium compluribus utriuſque linguæ codicibus,nec ijs ſanè quibuslibet,ſed uetuſtiſsimis ſimul & emẽdatiſsimis. Et quoniam nouimus in rebus ſacris,religioſe quoq; uerſandum eſſe,nec hac contenti diligentia,per omnia ueterum theologorum ſcripta circumuolãtes,ex horum citationibus aut expoſitionibus ſubodorati ſumus,quid quiſq; legiſſet aut mutaſſet. Adiecimus Annotationes noſtras,quæ primum lectorem doceant,quid qua ratione fuerit immutatum:deinde ſi quid alioqui perplexum,ambiguum aut obſcurum,id explicent atque enodent. Poſtremo quæ obſiſtant,quo minus procliue ſit in poſterum deprauare,quod nos uix credẽdis uigilijs reſtituiſſemus. Quanquam, ut ingenue dicam,quicquid hoc eſt operis uideri poterat humilius quàm ut ei dicandum eſſet,quo nihil maius habet hic orbis:niſi conueniret,ut quicquid ad religionem inſtaurandam pertinet,haud alij conſecretur,quàm ſummo religionis principi,& eidem aſſertori. Neque metus eſt,ne munus hoc noſtrum qualecunque,ſis aſpernaturus,qui non loco tantum referas illum,qui donaria non precijs ſed animis ſolitus eſt æſtimare,qui duo minutula pauperculæ uiduæ,ſplendidis & opimis diuitum donarijs prætulit. Iam an non quotidie uidemus inter auro gemmisq; radiantia regum donaria pratenſibus floſculis,aut hortenſibus herbulis concinnatas corollas ſuſpendi diuis,quas,re tenuis,pietate diues offert plebecula? Alioqui quicquid illud eſt,ſeu magnum,ſeu puſillum,ſeu ludicrum,ſeu ſerium,quod huius ingenioli fundus produxerit:id omne,ut nullus dedicem,ſuopte iure ſibi poteſt uindicare,ſummus ille apud ſuos,uirtutum ac literarum omnium Mœcenâs & antiſtes Gulielmus Varamus archiepiſcopus Cantuarienſis,totius Angliæ non tituli tantum honore primas,ac tuæ ſanctitatis legatus,ut uocãt,natus:cui meipſum quoq; quantus quantus ſum debeo,non modo uniuerſum ſtudij mei prouentum. Siquidem is (ut ne dicam interim,cuiuſmodi tum publice tum priuatim in me fuerit) id præſtat ſuæ Britãniæ,quod Leo præſtat orbi terrarum:quodq; Medicea domus iam olim eſt Italiæ,uel hoc nomine terrarum omnium feliciſsimæ,hoc is ſuis eſt Anglis,ceu ſalutare quoddam ſydus,ab ipſis fatis in hoc datus,ut eo præſide,quicquid eſt bonarum rerum repullulet ac ſuboleſcat. Nam perinde quaſi uno in homine plures ſint heroes,& in unico pectore non ſimplex inhabitet numen:ita miris modis Archiepiſcopum gerit eccleſiæ,legatum ſedi Romanæ,conſiliarium regiæ,cancellarium iuſtitiæ,Mœcenatem ſtudijs,cuius opera potiſsimum factum eſt,ut inſula iam olim uiris,armis,opibusq; pollens,nunc optimis item legibus, religione,moribus,ad extremum ingenijs omni literarum genere perpolitis,adeo floreat,ut cum quauis cæterarum regionum poſsit ex æquo contendere. Verum quo latius huius

laboris

laboris noſtri manaret utilitas,uiſum eſt,tui nominis apud omnes ſacroſancti,ceu lenocinio quodam ad publicam orbis abuti commoditatem,præſertim quum huc uocet ipſa quoque rei ratio,quod pulchre congruebat,ut illius auſpicijs hæc Chriſtiana philoſophia deriuaretur ad omneis mortales,qui Chriſtianæ religionis teneret arcem,ac per eum proficiſceretur doctrina cœleſtis ad uniuerſos homines, per quem Chriſtus nos uoluit accipere, quicquid homines è terris euehit in cœlum.Quanquam adeo quid tandem uetat,quo minus hic liber gemina commendatione fultus,hoc etiam felicius & auſpicatius exeat in manus hominum,ſi duobus totius orbis ſummatibus uiris communiter fuerit conſecratus? Quandoquidem aris templiſq; uidemus hoc plus accedere maieſtatis ac uenerationis,quod pluribus ſimul diuis ſint dedicata. Iam hoc quantumlibet nouum uideatur,modo publicæ conducat utilitati. Et ea eſt Leonis modeſtia facilitaſq;,ut hac parte non minus ſit maximus,quàm ea qua maximos omnes longo ſuperat interuallo. Et ea eſt Archiepiſcopi in omni decorum genere præſtantia,ut Leonem omnibus numeris ſummum,non alius magis deceat collega.Poſtremo ſi fas eſt apud tantum principem nonnihil Thraſonis è comœdia referre,quantumuis in ſpeciem humilis uideatur hic meus labor,tamen confido futurum,ut attentus lector aliquanto plus deprehendat in receſſu,quàm prima ſtatim fronte præ ſe ferat opus. Sed ne celſitudinem tuam iugi ſolicitudine terrarum orbi conſulentem,longiori ſermone remorans,in publica peccem commoda:quod reliquum eſt,cum plebeio lectore tranſigam:ſed prius illud apprecatus,ut cuius prouidentia Leo Decimus contigit ſubleuandis rebus mortalium,idem eum nobis & quàm maxime longæuum eſſe uelit & feliciſsimum. Baſileæ,anno reſtitutæ ſalutis milleſimo quingenteſimo decimoſexto,calendis Februarijs.

DES. ERASMI RO-

TERODAMI APOLOGIA

AM VT PAVCIS occurram Apologia, reclamaturis, Paulus apoſtolus, referente Luca, fortunatum ſeſe prædicat, quod apud Agrippam pro ſe cauſam dicturus eſſet, cui propter diutinam cum Iudæis conſuetudinem, res omnes in quibus uertebatur quæſtio, maxime cognitæ compertæq; eſſent. Atque utinam eodem nomine mihi quoq; gratulari poſsim, cui planè diuerſum quiddam uſu uenit atque Paulo. Nam ne opus quidem eſt nobis Apologia, niſi apud iſtos, qui totum hoc negocium de quo controuerſia eſt, non intelligunt: nec prorſus aliam ob cauſam calumniantur, niſi quod non intelligunt. Siquidem apud eos qui Latinas, Græcas & Hebraicas literas uel ad mediocritatem deguſtarunt, qui ſerio in ueſtigandis diuinæ ſcripturę myſteriis, qui feliciter ac diligenter in uetuſtis illis, ac non minus ueris quàm uetuſtis theologis uerſati ſunt, nihil addubito quin magnam initurus ſim gratiam, etiam ſi quod conatus ſum, parum aſſequutus fuero. Proinde mire fiet, ut quibus hac opera noſtra non magnopere eſt opus, quiq; ſoli damnare quædam poſſent, quod ob bonarum peritiam literarũ ualeant iudicare, ij non ſolum comprobent ſuo ſuffragio noſtram induſtriam, uerumetiam gratiam haud uulgarem habeant. Contrà qui hiſce de rebus nullo modo poſſunt ferre ſentẽtiam, & hoc magis egent huius laboris ſubſidio, quo longius abſunt à bonis literis, ij non ſolum non amplectẽtur opus ipſorum paratum uſui, uerum etiam obſtrepent, calumniabuntur, damnabunt: quorũ alterum extremæ cuiuſdam ingratitudinis eſſe uidetur, alterum inſignis impudentiæ. Quid enim fingi poteſt impudentius quàm damnare librum quem ne legeris quidem: tum eiuſmodi, ut ſi maxime legas, tamen abſq; linguarũ peritia pronunciare de eo non poſsis? Quid autem ingratius, quàm pro tam immenſis ſudoribus uigiliisq;, quas tantũ iuuandi animo ſuſceperis, & quibus nulla par gratia referri queat, rependi calumniam, idq; potiſsimum ab iis, ad quos potiſsimum operis utilitas ſit reditura? Quum ubiq; fœda eſt ingratitudo, tum in nullos æque par eſt gratos eſſe, atq; in eos qui diſpendio rei pecuniariæ, iactura uoluptatum, nonnullo etiam ualetudinis ac uitæ ſuæ detrimento, in hoc totis uiribus incumbunt, ut ingenij ſui monumentis orbi conſulant. Verum haud ſcio, an uſquam ingratius reperias mortaliũ ingenium, nec aliâs eſſe uerius arbitror, quod non minus eleganter quàm grauiter dictum eſt à Seneca: Tutius eſſe, quoſdam offendiſſe quàm demeruiſſe. Nihil æque perit, ait ille, atq; id quod cõfertur in ingratos. At magis perit officium, mea quidem ſententia, quod in eos collocatur, qui non intelligunt officium: & minus gratiæ redit ab iis qui non cognoſcũt meritum, quàm qui non agnoſcunt. Nam ij tametſi diſsimulãt, tamen apud ſe ſunt obnoxij, nonnũquam pudore coguntur agnoſcere. Deniq; ſpes eſt fore, ut aliquando reſipiſcant. Illi quod eſt beneficium, iniuriam interpretantur, & officio adiuti in ius uocant benemerentem. Theologorum in primis eſt, non ſolum gratitudinem præ-

ſtare

ſtare, uerum etiam candorem & manſuetudinem. Et theologis potiſſimum hic meus deſudauit labor, atque his theologis,quibus aut non uacauit aut non contigit,eas diſcere literas,ſine quibus diuina ſcriptura non poteſt ad plenum intelligi, aut officioſe tractari. Horum adiuuandis ſtudijs noſtrum impendimus ſtudium, ut quod illis ſua fortuna negauit,id noſtra ſuppeditaret induſtria. Et tamen ſi qui reclamaturi ſunt,ex hoc grege prodituros auguror. Amplectuntur medici,non aſpernantur iureconſulti,recipiunt philoſophi,ſi quid ad illorum profeſsionem inſtaurandam conducit. Abſit ut ſoli Theologi pertinaciter reclamemus,& ipſi noſtris inuideamus bonis. Sanè permoleſtum eſt,pro benigne collato beneficio nullam recipere gratiam. Moleſtius ab ijs de quibus benemereri ſtudeas, calumniam præmij loco reportare,& à quibus tuo iure poteras exigere debitam gratiam, his actoribus iniuriæ cauſam dicere. Seneca,ſummum liberalitatis genus eſſe putat,ac diuinæ beneficentiæ proximum, ſi quis non tantum gratuito proſit, uerum etiam ſciens perdat beneficium. At mihi uideor hoc quoque ſuperaturus,ſi de his quoq; pergam benemereri,qui beneficium iniuria retaliant. Et quemadmodum fidi medici, reclamantibus etiam & conuiciantibus ægrotis, tamen pergunt ſubuenire:ita nos hoc quoque uelut auctario beneficium noſtrum cumulabimus, ut beneficium quod accipiunt, intelligant. Primum igitur etiam atque etiam adhortor omnes Theologos, ut quibus per ætatem aut occupationes uacat, Græcas deguſtent literas,& item Hebræas,ſi liceat. In ipſis arcanæ ſcripturæ fontibus diligenter philoſophentur: ueteres Theologos, quos & eruditio commendat & uitæ ſanctimonia,diligenter euoluant. Deinde noſtra,ſi uolent,conferant & expendant,atque ita demum probent,ſi quid recte monuimus:emendent amice,ſi quid ut homines aberrauimus à uero,& minus aſſequuti ſumus,quod ſedulo ſumus ſequuti. Quod ſi impetro, cauſam uici, pro accuſatoribus habiturus patronos. Cæterum à quibus hoc non impetro, ſaltem illud mihi uel precario donent, ut credant, me ſimplici pioq; iuuandi ſtudio quicquid hoc laboris eſt ſuſcepiſſe. Quod ſi parum alicubi ſucceſsit,error eſt,non ſcelus:& corrigi mereor,inceſsi non mereor. Nihil enim magis agnoſco,quàm me nihil ſcire. Profiteantur alij quantumlibet ingentia: ego pro mea tenuitate nihil profitens,præſto tamen quod licet,paratiſsimus ad palinodiã, ſicubi more hominum lapſus ſim,ipſe quoque mihi cenſor futurus,ſimul atque deprehendero. Cæterum diuus Hieronymus non fert reprehenſorem,qui damnare poſsit,docere non poſsit. Quorum illud tyrannicum eſt,hoc amicum & eruditum. Iam illud quemadmodum extra controuerſiam eſt apud eruditos, ita indoctis etiam,multorum libris perſuaſum eſſe reor,hanc Noui teſtamenti æditionem Hieronymi non eſſe,quemadmodum ab ipſo fuit emendatum. Tametſi nos,nec hanc qualiſcunq; eſt aut cuiuſcunq; eſt,neque conuellimus ullo modo,neque calumniamur. Tantum reſtituimus quæ temporum ac librariorum uitio fuerant deprauata, obiter indicatis & his quæ uel ambigue uel parum attente reddidit interpres:nam non recte,mihi religio eſt dicere,etiamſi id non ueritus eſt aliquot locis Hieronymus:idq; fecimus,neq; leui,quod dici ſolet,brachio,neq; temere,ſed primum ex canonum conſilio,ad Græcæ originis fidem,examinatis exẽplaribus Latinis,neq; tamen fidentes paucis,aut quibuslibet. Laurẽtius Valla ſepté bonæ fidei codices ſe ſe

quutum fuiſſe teſtatur. Nos in prima recognitione,quatuor Græcis adiuti ſumus: in ſecunda,quinque: in tertia,præter alia acceſsit æditio Aſulana:in quarta,præſto fuit & Hiſpanienſis. Deinde conſultis tum peruetuſtis tum emendatis aliquot Latinæ linguæ uoluminibus:nec hoc contenti,diſcuſsis & exploratis probatiſsimis autoribus,non oſcitanter obſeruauimus quid citarint,quid legerint,quid emendarint, quid interpretentur. Atque hiſce rebus omnibus qua licuit uigilantia,certe ſumma fide collatis ac penſitatis,quod optimum iudicauimus ſequuti ſumus:& hac lege in medium contulimus,ut nihilo ſecius ſuo quiſque iudicio frueretur. Iam uero ſi qui uerentur,ne ſacrarum literarum autoritas uocetur in dubium,ſi quid uſquam uaria uerit:hi ſciant oportet, iam annos plus mille neq; Latinorum neq; Græcorum exemplaria per omnia conſenſiſſe. Id quod ne fieri quidem poſsit, nimirum in tanta librariorũ non ſolum turba,uerum etiam inſcitia,oſcitantia,temeritate. Vt ne commemorem quàm multa mutata ſint ab eruditulis,aut certe à parum attentis. Comperio quædam eraſa aut inducta à factionibus,quarum tumultu quõdam ſurſum ac deorſum miſcebantur omnia,præſertim Orientis eccleſiæ,dum quiſque pro ſuarum partium patrocinio ſcripturam uariat. Id certe factum non obſcure compluribus in locis declarat Hieronymus. Leuius deprauandi genus eſt,quoties lector aliunde quod congruebat adſcribit:grauius,quum quod ſcholiaſtes annotarat in ſpatio,lector transfert in contextum. Quid aũt accidit religioni Chriſtianæ,quod tot iam ſeculis aliud legit Hieronymus,aliud Cyprianus,aliud Hilarius,aliud Ambroſius,aliud Auguſtinus? Apud hos alicubi non modo diuerſa comperies,ſed & pugnantia,quum in ſumma Chriſtianæ fidei conſentiant. Quid accidit Græcis orthodoxis,qui ſic ſequuti ſunt translationẽ Septuaginta,ut ſubinde meminerint, Symmachi Theodotionis & Aquilę? Quid facias,poſtea quàm nec ipſa horum temporum æditio per omnia ſibi conſentit? Qua de re ſi quis dubitet,huic fidem fecerint codices typis etiam excuſi,cum annotamentis marginalibus quæ declarant uarietatem lectionis:& ſi id parum eſt,ex commentarijs Bedæ,Rabani,Thomæ,ex commentarijs Lyrani, ex commentarijs Hugonis Carrenſis idem intelliget. Origenes iam tum querebatur inexplicabilem in euangelicis libris uarietatem. Et publicitus aliud legit Græcia,aliud Occidentis eccleſia. Et circa ætatem Hieronymi,quædã eccleſiæ ſequebantur interpretationem Septuaginta,quædam nouã amplectebãtur ex Hebræorũ fontibus traditam. Atq; etiam poſt hanc ætatem,aliud legebãt Galli canæ eccleſiæ,aliud Romana. Deniq; ſi excutias uetuſtos codices manu deſcriptos, quibus in publico cultu tum utebãtur,duos uix reperies inter ſe conſentiẽtes. Certe conſtat Auguſtinũ codicibus uſum,qui non uacabant mendis. Et tamen tot iam ſeculis conſtitit ſua ſcripturis autoritas. Si codicum uarietas in totum abrogat fidem ſcripturis,& apud Hebræos & apud Græcos & apud Latinos uariant. Quæſo quid periculi conſequutum eſt,quòd ſanctus Hieronymus uetus & nouum Teſtamentum mundo iam ſeneſcenti,ad Hebræam & Græcam ueritatem inſtaurauit? Reclamatum eſt tum à nõnullis, quibus ipſe ſuis libris abunde ſatisfacit:nec ob aliud,opinor,reclamatum,niſi quòd neſcirent eas literas. At num hinc uel tantulum incõmodi natum eſt Chriſtianæ religioni? Auguſtinus fatetur ipſa codicũ diſcordia,ſe non mediocriter adiutũ fuiſſe,dum quod hic parum apte dixerat,alter clarius ac rectius

efferret

efferret,id quod uel fortuito fieri neceſſe eſt. Quid deceſsit euãgeliorum maieſtati, quod ea Iuuencus heroicis uerſibus incluſerit? Quod Arator idẽ auſus ſit in Actis apoſtolorũ? Nos locos aliquot innouauimus,non tam ut elegantius redderemus, quàm ut dilucidius ac fidelius. Quid autem erat periculi,ſi paraphraſi totam oratio nem nouaſſemus? Id quod propemodum fecit Hieronymus in ueteri teſtamento. Quibus hæc placet æditio,quam ego nec damno nec muto,his ſua manet æditio. Siquidem ea noſtra caſtigatione non læditur,ſed redditur illuſtrior,purior,emen/ datior. Illa legatur in ſcholis,canatur in templis, citetur in concionibus. Nullus ob/ ſtat. Illud auſim polliceri,quiſquis hanc noſtram domi legerit, ſuam rectius intelle cturus eſt. Proinde ſi nihil offendit niſi nouitas,& illa iam uetus olim noua fuit,& hæc noua,ſi patiamur,olim uetus fuerit. Nimis imperiti eſt hominis, libros anno/ rum æſtimare numero,ac non potius ipſarum rerum iudicio. Optarim & ipſe, in ſa cris literis nihil eſſe deprauatum,nihil diſsidere. Atq; id ut optare eſt in procliui,ita nec fuit unquam,nec opinor futurum eſt unquam. Qui prædicant inuiolabilem di uinarum ſcripturarum autoritatem,his utroq; fauemus pollice. Qui has ſciens de/ prauat,cõtumeliam facit ſpiritui ſancto. Fatemur. Verum hæc maieſtas in ipſis eſt fontibus. Non errauit Eſaias,neq; quiſquam mutare nititur,quod ille ſcripſit. Non lapſus eſt Matthæus,nemo corrigit quod ille tradidit. Cum interpretibus,cum ſcri bis,cum deprauatoribus nobis res eſt. Quòd ſi tota labaſcit autoritas,ob aliquot lo ca corrupta,oportuit ſpiritum ſanctum non minus aſsidere bibliographis, quàm prophetis & euangeliſtis. Nuſquam non adeſt ſpiritus ſanctus, ſed ita uim exerit ſuam,ut nobis portionem laboris relinquat. Autoritas illa inuiolabilis intra prophe tas & apoſtolos aut euãgeliſtas ſtetit. Imò hæc eſt ſumma ſcripturarum laus,quod in tot linguas toties transfuſæ,toties ab hæreticis uel mutilatæ uel deprauatæ, tot modis incuria ſcribarum contaminatæ,tamen æternæ ueritatis uigorem obtinent. Sic omnibus malorum procellis ſollicitata,conſtat eccleſia. Is uero ſubſeruit ſpiritui ſancto,qui quod per homines deprauatum eſt,pro uiribus priſtinæ reſtituit inte/ gritati. Nunquam defuturi ſunt qui deprauent,proinde nunquam ceſſandum eſt à ſtudio caſtigandi. Aliud eſt igitur ſacra ſcriptura,aliud quod incommode uerterũt interpretes,aut ſcribæ corruperunt. Rurſus aliud eſt mutare publicam lectionem, aliud priuata publicam uel emendare uel illuſtrare. Atqui hæc mire confundũt qui dam qui ſibi uidentur admodum dialectici. Neque refello quod aiunt quidam,in literis & apicibus latere myſteria,ſi modo illi agnoſcant hyperbolen. Alioqui non oportebat ſcripturam haurire niſi ex fontibus. Nam qui uertit in alienam linguam, à literis & apicibus longe lateq; cogitur diſcedere. De nominibus dei,præſertim de nomine tetragrammato mira iactant Iudæi,de nomine Ieſu nonnulla Chriſtiani, uerum hæc myſteria pereunt in translatione. Quin illud ipſum nomen Ieſu longe alijs elementis ſcribitur apud Hebræos,alijs apud euangeliſtas ac Paulum. Si tam ſeria res latet in punctis & apicibus,cur apoſtoli qui norant Hebraice,nomen illud ſacroſanctum non ijſdem elementis nobis tradiderunt,quibus ſcribitur apud He/ bræos,quum toties in ſcriptis ſuis inculcent? Hoc argumento quum urgerem quen dam,reſpondit,nomen Ieſu in omnibus noui teſtamenti libris deprauate ſcribi le/ gi q;. Quòd ſi uerum eſſet, in tam inſigni errore tot iam ſeculis caligaſſet eccleſia

catholica

catholica. Imò probabilius est sic Græcos ac Latinos uulgo sonuisse nomen illud, & apostolos usurpasse receptam uocem, non sollicitos de elementis & apicibus. Quin ijdem euangelistæ & apostoli non fuere tam superstitiosi, in citandis scripturarum testimonijs, interdum sequentes æditionem Septuaginta, nonnunquam ex Hebræorum fontibus adducentes, aliâs suo arbitrio reddentes sentẽtiam, nec cum his nec cum illis per omnia congruẽtes. Iam quid attinet istos refellere, qui non minus indocte quàm impudẽter solent uociferari, facinus esse non ferendum, ut quisquam corrigat euangelia, castiget canticum, magnificat, mutet precationem dominicam? O uocem uix auriga dignam, nedũ theologo. Ne mihi succenseat ordo theologicus, quod theologũ nomino: illis indignetur potius, qui quum essent primi nominis theologi, hæc seditiosissime uociferabantur, & adhuc uociferantur in ordinarijs professionibus sacrisq; concionibus. Sed ad rem. Fas est nebuloni cuiuis, euangelij codices deprauare, & nefas erit quod deprauatum est restituere? præsertim homini, ne quid dicam insolentius, in hoc genere literarum, nec indiligenti, nec inexercitato, idq; tot Græcis ac Latinis uoluminibus, tot clarissimis autoribus in cõsilium ascitis? Mihi plurimis argumentis uehementer probabile est, uniuersum testamentum nouum Græce scriptum fuisse, non Latine. Certe si quis excipiat euangelium iuxta Matthæum, & unam ad Hebræos epistolam, de reliquo nulla controuersia est. Proinde qui mutare paret, quod scriptũ fuit ab apostolis & euangelistis, in hunc iure clamitent, quod corrigat euãgelia: non in eum qui iuxta pontificum decreta ex Græcorum fontibus, ex sacrorum interpretum sentẽtia syncera fide reponat, quod uel à scribis erat uitiatum, uel ab interprete parum apte redditum in Latinis codicibus, quum Græce scripserint apostoli. Sed cur hæc pluribus ago? quum diuus Hieronymus compluribus epistolis huius causæ patronum agat: qui nec ipse, quum in re non ita dissimili laborasset, calumnia caruit. Cuius emendatio si extaret, aut non fuisset nobis hoc laboris capiundum, aut fuisset quod sequeremur. Itaq; te quæso lector optime, quum occurret nouatũ aliquid à nobis, ne protinus ad solitæ lectionis gustum ac saliuam reijcias ac damnes, quasi necesse sit malum esse quicquid diuersum est, simul & me fraudãs mea laude, & te operis utilitate: sed primum nostra conferto cum Græcis: quod quo promptius esset, illa è regione adiecimus. Expende num fidelius, num apertius, num significantius expresserim, quàm uetus interpres. Nec hic rursum protinus in ius trahãt, si minus uerbum uerbo respondeat: id quod ut maxime coneris, ne fieri quidem potest. Si nefas esse ducunt, usquam à literis ac syllabis discedere, cur hic interpres passim id ausus est, aliquoties nulla nec adactus necessitate, nec inuitatus utilitate, sed uelut in re ludicra lasciuiens & oscitans? Quod si licet alicubi à literis ac syllabis recedere, ut certe licet, si me comperies sentẽtias maiori fide reddidisse quàm ille reddiderit, ne damna quod nouum est, sed amplectere quod est rectius. Iam si collatio tibi non satisfacit, ne continuo pronuncies. Consule nostras Annotationes, quæ fortasse tibi uel autoritate testium uel rationibus adductis, satisfacient. Fit interim ut diuersa sit lectio, fit ut ijsdem ex uerbis complures sensus accipi possint. Nos primum unicam duntaxat lectionem proponimus. Nec enim aliter poteramus. Cæterum in Annotamentis uarias referimus, aut indicantes quid nobis optimum uideatur, aut lectoris relinquentes arbitrio, quid sequi

malit

malit. Sunt in quibus noſtra uulgata magis probatur æditio,aut Ambroſiana lectio,quàm Græci codices. Et tamen conſentientibus omnibus Græcis exemplaribus,quoniam illa mutare non licuit,Latina accõmodauimus,ne non reſponderent, quum in hoc ipſum adderentur.Cæterum id in ſcholijs diſcutimus.Cõperio quædam apud illos addita ex more ſolenni, ucluti coronidem illam ſic additam precationi dominicæ,quemadmodũ apud nos in calce pſalmorũ adijcitur Gloria patri. Ea non reſecuimus à contextu,ſed tamen in commentariolis admonemus addita. Nam is error minus habet periculi,quum quod frequenter comperio factũ,ex alijs locis adſcribit lector,quod in ſimili ſententia deerat alibi.Attamen id quoq; curauimus admonere. Proinde non ita tradimus hãc lectionem,quaſi certa indubitataq; ſint omnia,ſed quod ex noſtra emendatione,accedentibus annotamentis,non mediocriter adiuuãdus ſit lector uigilans & attentus. Inerunt permulta quæ ceu minutula friuolaq; contemnenda uidebũtur alicui. Verum qui conferet,qui expẽdet,qui tractabit & interpretabitur ſacras literas,is ipſe comperiet,in his minutulis nõ minimum eſſe utilitatis.Ad hæc,facile mihi ueniã dabit,huiuſmodi minuta perſequuto, qui cogitarit ad huiuſmodi ſcrupos primi nominis autores impegiſſe,nonnũquam & pudendo errore lapſos eſſe,nimirum ipſum Hilarium,Auguſtinũ,Ambroſium, & inter recẽtiores doctiſsimũ Thomam Aquinatem,ne iam cæteros cõmemorem. A quibus in hoc uerſanti negocio,nonnũquam diſſentire fuit neceſſe.Quod quidẽ ut ſemper ingenue feci,ita nuſquã contumelioſe,ne in iſtos quidem procacior,quorum impudẽs temeritas,& inſolens inſcitia parũ merebatur hanc ciuilitatẽ. In quos etiam ſi liberius inuectus fuiſſem,tamen apud eruditos omneis excuſaret me Plautinum illud,Quod dignis maledicitur,bene dictũ eſt,non maledictũ. Verum malui rationẽ habere quid me dignum eſſet, q̃ quid iſti mererentur.Erat animus,iſtorum ineptias omnino diſſimulare,niſi libri talium rabularũ paſſim manibus omnium tererentur,& oraculorum inſtar legerentur ac citarentur.Nec rurſus id à me factũ eſt affectate,ſed obiter locis aliquot,quo poſthac minus illis fidãt,qui quicquid apud huiuſmodi ſcriptores utcunq; poſitum aut additum repererint,id alba,quod aiunt, amuſſi in ſuos conuerterent commẽtarios: aut certe quibus autores iſti magni ſunt, intelligerent,ob harum rerum quas indicauimus ignorantiam,magnos etiam autores inſigniter ac plus q̃ pueriliter hallucinatos eſſe. Alioqui ſi quicquid in horũ uoluminibus uel rideri uel improbari porerat,perſequi uoluiſſem,tum uere mihi inter manus nata fuiſſet ἰλιὰς πρακτική, ut eſt in Græcorum prouerbio,nec ad ea refellenda una ſuffecerat ilias.Cæteros autem quos præter eruditionis cõmendationem ornat & uitæ ſanctimonia,tantũ abeſt ut inceſſam petulantius, ut ſæpenumero captatis etiam prætextibus,aut eleuem errorẽ,aut excuſem,aut tegam. Nec mihi ſuccenſere debent,ſi quid lapſus eſt Auguſtinus aut Thomas. Quum res ipſa clarior eſt,q̃ ut diſſimulari poſſit,imputent inſcitiæ linguarum,aut ſi malint,imputent illorum ſeculis.E re ſtudioſorum erat,illa nõ omnino diſſimulare.Non quod me putem oculatiorem ſummis illis uiris,ſed quod alicubi fortaſſe fuerim attentior, & fortaſſe linguarum opibus inſtructior,certe q̃ Aquinas,qui Latine tantum nouit,nec id admodum exacte,quippe qui contendit luxuriã proprie pertinere ad libidinẽ.Quos omnes,ut ſemper ueri fuere ſtudioſiſſimi,magis propicios eſſe mihi cõfido,uel hoc nomine

mine,quod illorum libros aliquanto reddiderim purgatiores. Quid minutius hypoſtigma? At tantula res hæreticum gignit ſenſum, quemadmodum docet Aurelius Auguſtinus libro de doctrina Chriſtiana tertio,exempli cauſa citans illud Ioannis:In principio erat uerbum apud deum,& deus erat.Et interpoſita diaſtola,ſequitur:Verbum hoc erat in principio apud deum. Hanc lectionem hæreticam appellat,uidelicet eorum,qui negabant uerbum dei,deum eſſe. Item illud quod eſt apud Paulum in epiſtola ad Romanos: Quis accuſabit aduerſus electos dei? Ab hoc loco quæ ſequuntur,niſi per interrogationem legantur,ſenſum non hæreticum modo,ſed & prorſus blaſphemum efficiunt. Quaſi reſpondeas ad ſuperiora:Deus qui iuſtificat.Deinde quis eſt qui condemnet? Ad id rurſum reſpondeas:Chriſtus Ieſus,qui mortuus eſt. Idem offenſus amphibologia Paulini ſermonis, quum ait: Quod ſtultum eſt dei,ſapientius eſt hominibus:mauult ita reddi,Quod ſtultũ eſt dei,ſapientius eſt quàm homines. quod alioqui uideri potuerit incertum,dandi ne caſu dictũ eſſet hominibus an auferendi. Atq; hæc & alia his fermè conſimilia multis uerbis illic annotauit uir tantus,quę nihil negocij ſit animaduertere,etiam ſi nullus moneat. Quid ſi is legiſſet tot portenta mendarum à nobis prodita ſublataq; tot craſsiſsimas diſcuſſas tenebras? tot ſenſus præpoſtere non ſolum ambigue redditos,ſuæ reſtitutos integritati? an non hunc laborem noſtrum utriſque manibus complexus fuiſſet? Quædam autẽ tanta breuitate ſunt annotata,ut ni noſtram annotatiunculam ad locum ipſum conferas, non ſis animaduerſurus quid uoluerim. Nam quod compluſculis locis occurrent eadem,id data opera factum eſt,quo conſuleremus lectori uel parum memori,uel inquirẽdi laborem fugitanti. Et ſanè nonnihil uereor,ne quemadmodũ multos eſt offenſura nouitas, ita è diuerſo exiſtant, quibus hoc ipſum diſpliceat,quicquam eſſe quod conueniat cum ueteri interprete. Alijs nihil probatur,quod ſit diuerſum,alijs ineruditum uidetur,quod non tota ratione pugnet ac diſſideat. Rurſus alios offendit ſermo paulo purior ac Latinior, nempe hos qui nihil acutum iudicant,niſi quod prodigioſis ſcateat ſolœciſmis. Alij contrà faſtidiunt, quicquid non refert Ciceronianum illum nitorem. Nos in hoc opere ut non affectauimus eloquentiam,ita mũdiciem,ſi qua in promptu fuit,non reſpuimus. Non offenditur deus ſolœciſmis, at idem non delectatur. Odit ſuperbam eloquentiam,fateor:at multo magis ſupercilioſam & arrogantem infantiam. Nos toleramus iſtorum balbutiem,ferant ipſi uiciſsim noſtram qualemcunque dicendi mediocritatem. Verum ut aliquãdo finiam,quemadmodum ingenue fateor eſſe permulta, quæ doctius tractari potuiſſent:ut non inficias eo,locis aliquot me dormitaſſe laſſum:ita res ipſa,ni fallor,indicabit, me poſt Laurentium Vallam,cui non hac tantum in parte debent bonæ literæ, poſt Iacobum Fabrum,uirtutis omnis & literarum antiſtitem: nec ſine cauſa uerſatum in hoc negocio, nec ſine fructu. Bene ualeto Lector amice:& ſi quid adhuc deſideras,à Præfatione quam Annotationibus præfixi,petito.

DE DVABVS POSTRE-
MIS AEDITIONIBVS QVARTA ET QVINTA.

DES. ERASMVS ROTERODA-
PIO LECTORI S. D.



OMNIBVS omnium cauillationibus reſpondere, Lector optime, præter quàm quòd infiniti ſit negocij, nec admodum ex huius operis dignitate fore uideo, nec operæpretium ullum intelligo: propterea quòd qui ſtudium hoc noſtrum ſugillant ac traducunt, ferè non legunt, aut certe non intelligunt noſtras apologias. Et iam ſatis illis reſponſum eſt duabus apologijs, quas primæ quoq; editioni, ceu clypeos, aduerſus iſtorum tela præfiximus: præterea in epiſtola qua Martino Dorpio reſpondemus: ad hæc, in epiſtola ad inſignẽ theologum Henricum Bolocum. Rurſus in epiſtola contra quendam cuius nomen ſtudio ſuppreſsi: poſtremo in apologia, qua pridem reſpondi Petro Sutori: nuper etiam rixatori glorioſo reſponſum eſt hominum cauillis. Proinde hic capita duntaxat argumentorum annotabimus lectori uel occupato uel craſsiori.

Primum illud teſtamur, & ubique teſtatum eſſe uolumus, nos nuſquam à iudicio eccleſiæ catholicæ uel unguem aut digitum latum uelle diſcedere. Quòd ſi quid uſquam eiuſmodi deprehendatur, non data opera dictum, ſed elapſum, ut ſumus homines, id iam nunc pro recantato uolumus haberi.

Nec præimus eruditorum iudicio, nec publicarum ſcholarum autoritati præiudicamus. Manet incolume ſuum cuique iudicium. Annotationes ſcribimus, non leges: & expendenda proponimus, non protinus habenda pro compertis.

Nec ideo poſteriores æditiones immenſis ſudoribus parauimus, quod prioribus omnino diffideremus: ſed opus quod tum pro uirili proq; temporis ſpatio quàm fieri potuit optimum dedimus, nunc emendatius multo multoq; locupletius damus. Atq; id ſanè facturos nos, prima ſtatim æditione ſumus polliciti. Quod quidem quo fiet ſæpius, hoc plus erit lucri lectori.

Quod in æditione prima parcius fecimus, ueriti, ne tantam nouitatem non ferrent quidam: poſt hortantibus amicis magnis & eruditis, animumq; addentibus, uberius præſtitimus, ut totus Noui Teſtamenti ſermo ſimplex quidem, ſed tamen Latinus eſſet, exceptis uerbis aliquot & idiomatibus quæ receptiora uidebam quàm ut mutari poſſent, ſicut fides pro fiducia, fidelis pro fidenti, benedictus pro laudatus aut laudandus, in nomine Ieſu, pro autore Ieſu, ſiue fiducia Ieſu, gratia pro beneficio gratuito. Nam mihi quidam nimis moroſi uidentur, qui quum dialecticis, philoſophis, rhetoribus, grammaticis, medicis ac mathematicis concedant peculiares uoces, quæ extra tractationem artis aut nihil omnino ſignificant aut longe aliud ſignificant, nihil eiuſmodi permittunt in diuinis literis.

Neque parum multa adiecimus prioribus Annotationibus, & priores illas autorum nomenclatura communiuimus ob quoſdam auidiores calumniandi quàm diſcendi.

Sed offenduntur qui Latine neſciunt, & ueteres ſolœciſmos quibus aſſueuerunt, requirunt. Habent iſti ueterem æditionem, per me quidem integram & intactam. Sciebam pluri mos ob ſermonis imperitiam, ne dicam ſpurcitiem, à ſacris uoluminibus abhorrere. Boni conſulent iſti, ſi his quoq; conſultum eſſe uoluimus, præſertim quum ipſi nihil perdant.

Sed indigni ſunt, inquiunt, qui ſacras literas ob ſermonis ſimplicitatem faſtidiunt. In ſacris literis nec apicem mutamus, cum translatoribus ac deprauatoribus nobis res eſt. Nec ſimplicitatem tollimus, ſed reſtituimus. Denique pium eſt & humanum imbecilles illecebra quadam primum allicere.

Non offenditur, inquiunt, deus ſolœciſmis. Verum id quidem fortaſsis, at idem non delectatur. Excuſat Auguſtinus ſermonis uitium, non præfert. Et excuſat in idiotis, non in

theologis, poſtremo tolerat inuitus. Nam in totum mutari malit, ſi liceat. Quod ſi ſolœciſmus ſenſum reddit ambiguum, aut etiam peruerſum, id quod locis aliquot indicauimus factum, deteſtatur Auguſtinus ſolœciſmum. Quin & deus odit ſuperbos ſolœciſtas, qui recte loquentes inſectantur, nec ipſi uolunt meliora diſcere, nec alios ſinunt, ceu canes in præſepi, iuxta prouerbium.

Alioquin illud ab iſtis requiram, utrum omnes ſolœciſmos amplectantur, an eos tantum quibus aſſueuerunt. Si quoſuis amplectũtur, cur ab iſtis quoq; uapulant pueri, quum dicunt, Fuit in domo tuo, aut Friget corpus meus. Imò uel in templis exibilarent omnes, ſi diaconus pro Filio, legat Pilio: aut pro Philippo, Pilippum. Et tamen abſurdiora ſunt ſæpenumero quæ committũt ipſi. Quod ſi nulli placent ſolœciſmi, niſi quibus aſſueuerint, iam palàm eſt eos non duci iudicio recto, ſed ſuis blandiri neuis, & eos imitari qui quum ab aliorum hulceribus abhorreant, ſua tamen familiari ſcabie non offenduntur. Porrò quid interea fiet iis qui ſolœciſmis non aſſueuerunt?

Auguſtinus patitur barbare dici, Iuſtus ut palma floriet: pro florebit. ſed patitur in plebe imperita: quod tamen ipſum ab ea mallet corrigi. Patitur ut eruditi pro Os, cuius paternus caſus ſit Oſis, oſſum dicant: ſed quoties imperitis loquuntur, aliter non intellecturis. Nunc uero quum uulgo nemo Latine loquatur, quod Auguſtinus ſcribit de ſolœciſmis non magis ad nos pertinet, quàm ſi moneret ut apud Gallos Gallice loquens concionator, uerbis Gallicis uulgo notis uteretur. Alioqui cur Auguſtinus ipſe in ſuis libris non ſolœciſſat, quum ſæpenumero nec ab eruditulis intelligatur?

Auguſtinus non admittit ſolœciſmos, niſi apud imperitos, ut dictum eſt, & in hoc duntaxat ut ſententiam reddant dilucidam. At docuimus, locis aliquot interpretis ſolœciſmis totam ſubuerti ſententiam, & hac occaſione magni nominis interpretes fuiſſe lapſos.

Porrò quod obiiciunt, indignum eſſe diuinam ſcripturam ſubiici regulis Donati: ut à uiro ſancto dictum eſt, ita non perinde circumſpecte: quod quidem pace illius dixerim. Primum enim, interpretis ſermo non eſt ſcriptura ſancta, ſed quod Moſes, prophetæ aut apoſtoli ſcripſerunt. Nos interpretis ſermonem emendamus, & ſanctæ ſcripturæ ſuam lucem reſtituimus. Deinde ſi contumelioſum eſt de rebus diuinis emendate loqui, in ius uocandi ſunt ueteres penè omnes, Græci pariter ac Latini, qui non eleganter modo, uerum etiam eloquenter tractarunt res myſticas, & hoc nomine ſummam per uniuerſam eccleſiam laudem ſunt conſequuti.

Mihi uidetur ad propagandum Chriſti euangelium pertinere, ut caſto puroq; ſermone tradatur, quatenus licet. Recte loquendi ratio, omnium eſt communis: at uaria res eſt barbaries, & intellectu difficilis, quippe recedens à ſermone naturali. Vt nihil eſt dilucidius ſermone recto, ita nihil facilius.

Quod ſi quis neget in hac interpretatione ineſſe ſolœciſmos, non illos quidem hauſtos ex apoſtolico ſermone, ſed ex uulgi fece, conſulat indicem meum, & mox, opinor, mutabit ſententiam.

Ibidem uidebit quot locis hallucinati ſint interpretes etiam magni nominis, tantum ob ſermonis uitium. Ne quis putet nullum aliud eſſe incommodum, niſi quod parum munda ſit oratio.

Porrò quanquam haud inficiamur, in apoſtolorum & euangeliſtarum Græco ſermone nonnulla eſſe præter rationem grammaticam, tamen non erat cauſa, cur nos tantum ſolœciſmorum prodigioſorum adderemus.

Et fortaſsis quod illis temporibus conducebat, ut apoſtolorum oratio eſſet inconditior, nunc expediat mutari: quando nec apoſtolico cultu nunc utuntur epiſcopi, ſed in omnibus ſplendor acceſsit eccleſiæ. Olim expediebat apoſtolos eo ſermone uti, qui latiſsime patebat, & à literatis pariter ac illiteratis intelligebatur, quandoquidem & Chriſtum Syriace loquutum apparet: nunc ea ratio adeo locum non habet, ut iis qui Latine didicerunt, noua balbutiendi ratio ſit diſcenda ob interpretis non apoſtolorum ſolœciſmos. Proinde ut olim abuſi ſunt apoſtoli ea lingua quam repererunt uulgo maxime communem: ita nunc conducibile fuerit, ſacras literas eo ſermone tradi, qui ſit omnibus Latine doctis communis. Conuenit enim id eſſe communiſsimum, quod eſt rectiſsimum. Quod dictum eſt de ſermone

mone apoſtolico,idem ualet in oratione ueterum interpretum,quum ſermo Romanus adhuc eſſet promiſcuæ multitudini communis.

Si ob eam cauſam diuinos libros expedit inerudite uerti,quo poſsint à pluribus intelligi,potiſsimum uertendi eſſent in linguam Gallicam aut Germanicam.Nunc ita uerſi ſunt quidam,ut aliquoties nec ab eruditis nec ab imperitis intelligantur.

Si non licet Chriſtianis recte loqui,cur Auguſtinus in libris De doctrina Chriſtiana, grammaticam recte loquendi magiſtram,ponit inter artes neceſſarias ad ſacrorum uoluminum intelligentiam:cur tot grammaticorum ſcholis plena ſunt omnia:cur tot laboribus excruciatur ætas illa rudis,an ut diſcat mendoſe loqui?

Vt nihil aliud ſit commodi,certe hoc boni habet ſermonis elegantia,quod ſimplex ſit & naturalis:quum inemendate loquendi ſexcentæ ſint ſpecies.

Tametſi nos in ſermone apoſtolorũ,quod crebro iam diximus,ne ſyllabam quidem mutamus,imò ſermonem illorum,uitio librariorum aut alioqui deprauatũ,reſtituimus.Proinde ne quis clamet,hic corrigit euangelium,hic emendat precationem dominicam:ſed,hic codices euangeliorum à mendis repurgat.Nec magis obiurgandus ſum,quàm qui ſcopis euerrit ſordes è templo.Non enim quicquid in templo eſt,continuo ſanctum eſt.

Iam ſi quicquid hic uertit interpres,ſpiritui ſancto libet adſcribere,& ob id nefas eſſe quicquam hinc demutare,cur audet reprehendere Hieronymus quod apud hunc legitur, nunc uerba taxans,nunc ſententiam,nunc ſubmouens quod adiectum affirmat? id autem non raro facit,etiam in his libris quos ædidit multo poſt æditam utriuſq; teſtamenti uerſionem.Cur audent diuerſum legere Cyprianus,Ambroſius & Auguſtinus?Cur aliud in ſolenni cultu legunt,aliud canunt per orbem terrarum eccleſiæ,præſertim in Pſalmis?

Hieronymus in Præfatione ad Deſiderium,plurimum intereſſe putat inter uatem & interpretem:Ibi,inquit,ſpiritus uentura prædicit,hic eruditio & uerborum copia,ea quæ intelligit,transfert:& tamen hic Hieronymus agit de Septuaginta,quorũ autoritas penè fuit ſacroſancta,& quos ipſe Hieronymus fatetur fuiſſe plenos ſpiritu ſancto.At nemo nouit quis hic fuerit interpres:nam innumeros fuiſſe teſtatur Auguſtinus,atque eos admodum tenuiter eruditos.

Arbitror nihilo plus honoris huic interpreti deberi quàm Septuaginta,quorum æditionem non raro ſequuntur & apoſtoli,ſed horum translationem mutauit eccleſia,ſimul atq; nacta eſt meliorem.

Vtrum autem uolunt huic uni hoc honoris haberi,an interpretibus omnibus? ſi huic uni,cauſam adferant cur huic potius quàm cæteris:ſi debetur omnibus,cæteris nimirum antiquatis facta eſt iniuria.

Non idem honoris debetur interpreti & euangeliſtæ,alioqui quiſquis concinnat aut deſcribit codicem euangelicum,hoc honoris ſibi poſtulabit. Verſantur omnes in re euangelica,ſed diſpari functione. Imò diuus Hieronymus interpretum operam,qua nobis ſacros libros in aliam linguam transfuderunt,confert cum ſtudio M.Tullij,quo quædam Xenophontis,Platonis ac Demoſthenis opuſcula Latinis dedit.

Si deus per Caiapham uirum malum ædidit prophetiam ueriſsimam, quid uetat quo minus per hominem linguis inſtructum,etiamſi non adſit peculiaris afflatus ſpiritus,recte uertantur libri ſacri.

Quoties Hieronymus Græcos orthodoxos ſequutus,adducit autoritatem Symmachi, Theodotionis & Aquilæ,hæreticorũ Iudaiſantium? & nobis inuidemus ſi quis quid commonſtret. In Daniele,Theodotionis æditio prælata eſt translationi Septuaginta:indicat hoc Hieronymus enarrans caput huius prophetæ quartum.

Quod ſi iuxta Hieronymum optimus interpres eſt qui linguas & rem optime teneat, opinor me neutra in re hoc certe interprete uideri inferiorem:ne nihil de meipſo dicam glorioſe.Tametſi uidetur hic interpres magis incogitantia peccaſſe,quàm imperitia, multaq; tribuiſſe uulgo idiotarum quibus iſta tum ſcribebantur.

Porrò ſi prorſus in interprete requirũt afflatum ſpiritus ſancti,quid obſiſtat quo minus & nobis adſit communis omnium Chriſtianorum ſpiritus,qui ſolet uberius opitulari iis qui ſuam quoq; induſtriam adiunxerint.

Sunt qui miris modis attollunt huius interpretis sanctimoniā,pietatem & eruditionem, eumq; tantum non supra seraphicos spiritus collocant, quum interim si quis percontetur, Gallus fuerit an Sarmata,Iudæus an Christianus,uir an mulier,nihil habituri sint quod expedite respondeant,quando ne nomen quidem hominis quisquam nouit. Verum hæc exaggerant,quo mihi moueant inuidiam.

Donemus illi uertenti adfuisse sanctum spiritum,aut Hieronymo huius uersionē emendanti.Credimus eundem spiritum adfuisse omnibus ecclesiæ doctoribus,& tamen fas est ab illorum sententia recedere,si quis melius aliquid reperierit.

At peculiarem illum spiritus afflatum in solis canonicis libris credere necesse est,in quibus nihil est quod à uero discrepet,etiamsi sensui humano interdū secus uideatur. Verum hic distinguēdum est quod scripsit propheta aut apostolus,ab eo quod uertit interpres aut deprauauit scriba. Rursus distinguendum est inter uitium sermonis,& uitium sententiæ. Aliquod uitium sermonis esse in scriptis Pauli,nihilo contumeliosius est in apostolum,q̄ si dicatur gestasse pertusam tunicam.

Rursus hoc honoris & autoritatis non debetur prophetis & apostolis nisi in his uoluminibus quæ in Canonem recepit ecclesia. Verisimile est enim Paulum uarijs de rebus scripsisse epistolas,quæ tamen si prodirent,non statim illas cogeremur amplecti tanquam oracula sancti spiritus. Quanto minus hæc autoritas quæ solis Canonicis libris debetur, tribuenda est huic ignoto interpreti,& uni de numero multorum quos Augustinus fatetur fuisse parum eruditos.

Sed hanc recepit ecclesia Romana. Ne id quidē simpliciter uerum est. Obseruet qui uolet quid legat ecclesia Romana:comperiet multa dissonare. Hæc uidetur fuisse Gallorum, quæ quum iam tederet infinitæ uarietatis,locum obtinuit. Nec ita recepta est,ut nefas sit in ea commonstrare quod melius reddi poterat.

Sunt æquiores qui studium hoc meum non damnent quidem,sed indignantur interpretem quem tot annis honorauit ecclesia,alicubi parum ciuiliter fuisse tractatum. Hac in parte nonnullam agnosco culpam,uel hoc argumento quod posterioribus æditionibus multa sum moderatus,utique facturus idem,si in prima statim æditione fuissem admonitus. Sed quid facias istis,qui petulantiam non ferendam arbitrātur, sicubi excidit mihi,interpretem lasciuire copia? Humanum est quod illi impingo,non impingo falsi aut impietatis crimen, & arbitror fuisse uirum bonum.

Damnant quod elenchis uarijs & annotationibus commonstrans solœcismos ac locos incommode redditos,conatus sim illum in cōtemptum adducere. Ea mens mihi nunquam fuit,sed huc stolidis & improbis clamoribus plurimorum adactus sum. Si quis requirit argumentum,in prima æditione nullus est additus index huiusmodi. Negligi poterant istorum latratus,si se intra domesticos parietes continuissent,sed eruperunt in frequentes scholasticorum conuentus,in sacras ac publicas conciones,in aulas ac mensas summorum principum. Et quo non? Nec erat modus neq; finis. Nec erant plebei qui fabulā hanc agebant, sed planè tragica persona reuerendi,Dominicani,Franciscani,Carmelitæ,Cartusiani: præter religionis maiestatem etiam doctoris titulo multitudini imperitæ uenerabiles: quidam etiam mitra cōspicui. Itaq; si quid mihi excidit in Indicibus dictum liberius,horum improbissimæ petulantiæ magis erat imputandum quàm mihi.

Alicubi dixi quosdam turpiter aut pudēdo errore lapsos. Dicere poteram insigniter aut manifesto errore lapsos. Sed isti putant turpiter & scelerate semper idem ualere. Ego turpiter dixi,pro Indecenter. ac mihi uidetur omnis in scripturis error esse pudēdus. Alioqui cur beatus Hieronymus alijs laudantibus priores in Abdiam commentarios,scribit se erubuisse. Si non est pudendus error,qui per imprudentiā committitur, Hieronymus & illos commentarios sedulo bonoq; animo scripserat.

Videbant & prisci doctores solœcismos in hoc interprete,cuius uersionem si castigauit Hieronymus,non emendauit nisi sensus,orationis uitia negligens. Si piaculum est indicare solœcismum aut sensum incommode redditum,quanto grauius crimen erit idem facere in Veteri testamento,quod ut ipsi asseuerant, totum,aut penè totū ex Hebræorū & Chaldæorum fontibus nobis tradidit Hieronymus. Atqui complures extiterunt qui hic non uer

ba

ba tantum reprehendunt,uerum etiam ſenſus ex diametro pugnantes. Nec hos quiſquam uocat in ius. Vt enim de Capnione ſileam,tale quiddam auſus eſt Lyranus & Burgenſis. Et ut ad uiuos ueniam,Paulus epiſcopus Sempronianenſis, R. D. Thomas cardinalis Caietanus in utrumq; Teſtamentum, Felix in Pſalterium, Auguſtinus Eugubinus in Pentateuchum. Ab his innumera loca proferuntur,in quibus libere diſſentiunt ab interpretatione Hieronymi. Et horum labores cum plauſu,ut æquum eſt,excipiuntur. In me leuiora molientem totus inſurrexit orbis. Sed hoc ferè uſu uenit omnibus ad res præclaras uiam aperientibus. Terrifica ſunt prima excetræ ſibila.

Poteram & ego diſſimulare ſolœciſmos: ſed diſſimulare offendiculum ad quod impingunt ſcripturarum enarratores,non eſt ciuilitas,ſed iniquitas. Interpres uel hoc colore ſatis excuſatus eſt à ſolœciſmis,quod iſta ſcripſit non eruditis,ſed promiſcuæ plebi,fabris,textoribus ac fullonibus.

Audio quoſdã adeo ſuperſtitioſos,ut nihil patiantur immutari à uerbis euangeliſtarum in uertendo. Quaſi uero iſthuc uertere ſit,ac non potius peruertere. Duabus rebus conſtat oratio,uerbis ceu corpore,& ſentẽtia uelut anima. Si utrumq; reddi poteſt,non obſto quo minus fiat: ſi non poteſt,præpoſterũ fuerit,interpretẽ uerborũ tenacem à ſentẽtia recedere.

Si prorſus contendunt uerbum eſſe uerbo reddendum,cur toties à uerbis recedit hic interpres,aliquoties nulla inuitatus commoditate? Si licet,utiq; ſemper hoc ſpectandum erit interpreti,ut ſententiam bona fide uerbis quàm aptiſsimis efferat.

Nec conſtat,nec probabile eſt,hanc,qua uulgo utimur,æditionem,uillius ſynodi autoritate fuiſſe comprobatam. Necq; probabile eſt,in ſynodis hac ſola patres uſos fuiſſe,quæ ex Græcis,Latinis ac Barbaris conſtabant: quorum alius Græce citabat,alius Ambroſium ſequebatur,alius Cyprianum aut alium quempiam,ſed tantum uſu publico receptam.

De Septuaginta non ueretur pronunciare Hieronymus,illos uertiſſe uerbis ambiguis quod non intelligebant: & alicubi conuerſionem illorum mendacium appellat. Nec paucis locis nominatim indicat manifeſte lapſos in reddenda ſcripturæ ſententia. Cur igitur putemus ſacrilegium eſſe,ſi quis ab hoc ignoto diſſentiat?

Vtitur hac iam,ut dictum eſt,annis aliquot eccleſia Romana: ut iſthuc largiamur,at nõ utitur ſola: nam & Hieronymum legit,& Ambroſium: & cãtus eccleſiaſticus ſæpenumero diſcrepat ab hac æditione. Nec ſic utiẽ,ut decernat,nihil illic eſſe,quod poſsit reddi melius.

Diu uſa eſt eccleſia ueteri conuerſione ueteris teſtamenti,quæ quod Septuaginta Græce uerterant,ad uerbum reddit ſermone prorſus abſurdo: quod palã fuerit,ſi quis legat Auguſtinum De loquutionibus. Nec ideo reſpuit commodiorem interpretationẽ,quæ priori ſubſtituta eſt per Hieronymum,ut arbitrantur,& ex parte uerum eſt.

Quod ſi quis omnino contendat,nuſquam ab interprete diſſentiendũ eſſe, Primum excuſet ea loca,in quibus oſtendimus illum palã uel dormitaſſe uel lapſum eſſe,uel ita inſcite reddidiſſe Græca,ut ob illius incõmodam interpretationẽ ſummates theologi qui tantum Latine ſciebant,aut non conſuluerunt Græcos codices,inſigniter lapſi ſint: iam enim non auſim dicere,turpiter. Hæc ſi notiora ſunt quàm ut negari poſsint,fateamur interpretem hominem fuiſſe,ne quid dicam acerbius.

Etiamſi pleraq; ſunt eiuſmodi,ut probabile ſit,uitio librariorum inducta fuiſſe: proinde ut interpretationem approbet eccleſia,certe deprauationem non approbat.

Neq; quicquid receptum eſt in uſum eccleſiaſticũ,continuo receptum eſt iudicio. Quædam caſu irrepunt,ad quæ conniuet eccleſia,præſertim ſi non uideantur ad fidei morumq; periculũ pertinere. Imò fieri poteſt,ut in hoc genere quædam ad tempus ignoret eccleſia.

Quum Damaſus hoc negocij daret Hieronymo,ut nouum teſtamentum ex Græcorum fontibus emendaret,habebat nimirũ iam tum eccleſia quod legebat,& fortaſsis ſeculis aliquot legerat. Id ſi ſyncerũ erat,quid opus erat emendatione Hieronymi? Sin corruptũ,palã eſt eccleſiam ad tempus uti,quod ſit in melius uertẽdum. Idem dico de uetere teſtamento.

Non ideo uacillat autoritas ſcripturæ ſacræ,ſi mendæ tollantur è codicibus: imò potius uacillaret,ſi cõſtet nos uti deprauatis exemplaribus: atq; id certe negari non poteſt. Cui incommodo ſi nullus admoueret remedium,ut eſt rerum humanarum natura,ſemper in deterius prolabi,tum uere confuſis exemplaribus uacillaret ſcripturarum autoritas.

Optandum ut nullum mendum insit sacris libris,& ad id,quantum fieri potest,enitendum est. Verum id non contingit post annos mille trecentos,nec fortassis unquam continget ad plenum.Bene nobiscum agetur,si quàm minimum insit mendarum.

Proinde ne nos quidē profitemur omneis mendas à nobis sublatas,plurimas certe sublatas audebimus profiteri:& nos rem eò deduxisse,ut posthac codicibus quàm minime mendosis uti liceat,si quis hoc filum sequutus,emēdare uelit,cum autoritate põtificis Romani.

Nos enim non sic proponimus hanc æditionē,ut uelimus per omnia haberi emēdatam: sed quod apud Græcos frequentissimū habetur maximeq; constans,id uertimus,indicātes ubi nostra cum Græcis consentiant aut dissentiant,& quid nobis rectissimū esse uideatur.

Hic obiter illud incidit admonēdum,esse Græcorum quosdā noui testamenti codices ad Latinorū exemplaria emendatos.Id factum est,in fœdere Græcorū cum Romana ecclesia: quod fœdus testatur Bulla quæ dicitur aurea. Visum est enim & hoc ad firmandā concordiam pertinere.Et nos olim in huiusmodi codicē incidimus,& talis adhuc dicitur adseruari in bibliotheca pontificia. Verū ex his corrigere nostros,est Lesbiam,ut aiunt,admouere regulam.Illud potius spectandū quid legerint ueteres Græci,Origenes,Athanasius,Basilius, Gregorius Nazianzenus,Chrysostomus,Cyrillus ac Theophylactus.Hoc eò uisum est admonere,quod iam nunc quidā iactitant se trecenta loca notasse ex codice pontificiæ bibliothecæ,in quibus ille consonat cū nostra uulgata æditione Latina,cum mea dissonat.Quòd si nos urgent autoritate Vaticanæ bibliothecę,codex quē sequutus est in nouo testamento Franciscus cardinalis quondam Toletanus,non modo fuit eiusdē bibliothecæ,uerum etiā à Leone x missus est,ut hoc ueluti bonæ fidei exēplar imitaretur.Atqui is penè per omnia consentit cum mea æditione,dissentiens ab eo quem nunc quidā nobis obiiciūt maiusculis descriptū literis.Ab illo enim dissentiat oportet,si consentit cū uulgata Latinorū æditione.

Scio res sacras reuerenter ac religiose tractandas,& idcirco licet in infima functione uersantes,tamen omni qua licuit circumspectione sumus usi.Contulimus utriusq; linguæ uetustissimos ac probatissimos codices,nec eos sanè paucos.Excussimus ueterū ac recentiorum commentarios tum Græcos tum Latinos.Obseruauimus quid diuersi legant.Pensita uimus ipsius loci sententiam,atq; ita demū pronunciauimus quid sentiremus.Imò ne pronunciauimus quidem,sed lectorem admonuimus,suum cuiq; iudiciū liberū relinquentes.

Beda,Rabanus,Thomas,Lyrensis & Carrensis,aliiq; his obscuriores, satis habent annotasse, Alia litera sic habet. quod sic in codice quopiam scriptum,aut fortasse deprauatū offenderint:& uidentur rem utilem præstare.Et nobis obstrepitur,qui tot argumentis ac sum morum uirorum autoritate ueram lectionem restituimus?

Si uarietas abrogat fidem libris,iam olim uariabant codices ætate Origenis,ætate Hieronymi,ætate Bedæ,ætate Thomæ, deniq; nostris etiam temporibus hodieq; uariant,& tamen adhuc sacris libris sua constat autoritas.

Si loca quædam deprauata fidem eleuant arcanis uoluminibus,iam olim id usu uenisset temporibus Origenis,qui Homilia in Matthæū octaua,queritur hac de re his uerbis:Multam enim differentiam inter exemplaria inuenimus,siue per negligentiam scribētium,siue ex temeritate quorūdam,siue propter eos qui negligunt emendare scripturas, uel propter eos qui,quod ipsis uidetur,in emēdatioribus uel adiiciunt uel subducūt. Audis lector,iam tum uariasse libros? audis fuisse deprauatos? audis quædam adiecta aut subtracta?

Atq; ut ille non est ausus,in nouo præsertim testamento,pronunciare per obelos & asteriscos,sed tantum admonere lectorem:ita nos,quid nobis uideretur,& quamobrem uideretur,separatim ostendimus,nequaquā admouentes manum receptæ uersioni,nec aliud profitentes quàm Latine reddere nos quod in Græcorum libris habetur,quibus usi sunt orthodoxi Basilius,Chrysostomus,Cyrillus,Athanasius.

Hoc fortasse uincimus Origenem,quod illi nihil erat quod sequeretur in nouo testamento,præter codices Græcos.Nos Græcos cõtulimus cum Latinis,& ab utriusq; linguæ probatissimis interpretibus adiuti sumus:quum is penè primus scripserit in libros diuinos.

Si quis contendit,nullum omnino mendū esse in libris sacris,quid fiet ijs locis,quæ tam palàm deprauata sunt,ut nulla sit tergiuersatio? Sin fatentur aliquot locos uitiatos,cur non sinunt corrigi,quicquid corrigendum esse uidetur?

Sed

Sed audio quoſdam ita loqui: Rem amplectimur, ſed offendiculum datur multitudini, ſi ſenſerit in libris quos hactenus ſequuti ſumus, ineſſe quicquam uel uitiatum uel non intellectum. Primum non iſta ſcribuntur multitudini, ſed eruditis, & præcipue theologiæ candidatis. Hos offendi non oportet. Neq; nos correctionem appellamus laborem noſtrum, ſed annotationes. Neq; cuiquã moleſti ſumus, aliter citanti, & ueterem aut etiam deprauatam æditionem ſequenti. Ab ipſis potius naſcitur offendiculũ, qui in publicis concionibus, qui in compotationibus, qui in uehiculis ac nauibus apud idiotas ac mulierculas uociferãtur, eſſe qui ſacros libros & precationem dominicam emendet.

Miſera uero conditio ſacrorum uoluminum, ſi horum autoritas pendet ab indoctis, ut ferè ſunt, librarijs, aut temulentis typographis.

Non uociferant in eos, à q̃bus palã eſt ſacros codices uitiari quotidie, quũ ſint illiteratiſſimi q̃ hoc audẽt. In me clamitãt, hominẽ in hoc certe genere ſtudij, quod à linguarũ peritia pẽdet, nec omnino indoctũ, opinor, nec inexercitatũ. Illis temere licet, p̃ ſuo arbitratu depraua re, mihi nõ licebit ex fide ueterũ codicũ, ex p̃batiſſimorũ interpretũ autoritate reſtituere?

In illis non requirunt autoritatẽ, ſatis eſt illitũ eſſe chartis, in me requirũt penè miracula. Cur, inquiũt, credamus Eraſmo? Imò ſi Eraſmo diffidũt, fidant qualicũq; theologo. Nam ſi mihi tradita eſt autoritas interpretãdi ſacras literas, mirant ſi auſim de lectione q̃q̃ hiſcere?

Quanquam non poſtulo, ut mihi credant. Credant uetuſtis & emẽdatis exemplaribus, credant Græcæ ueritati, præſertim ubi horum lectio cum orthodoxorum interpretatione congruit. Poſtremo nec his credant, ſed rem ſecum expendant, & ſi quid habent rectius, in medium conferant, non mordeant admonitorem. A nobis enim nulli præcluſa eſt uia, meliora quærendi, imò potius aperta eſt.

Hieronymo, inquiũt, mandauit Damaſus. Mandauit, ſed ut amicus, nõ ut ſummus pontifex. Mandaſſe legimus, approbaſſe non legimus. Poſtremo extra controuerſiam eſt, non extare caſtigationem Hieronymi ſaltem integram. Id quod à me dilucide probatum eſt alibi. Et conſtat, hanc rurſus uitiatam, ut maxime demus fuiſſe Hieronymo caſtigatam, quod tamen certiſsimis argumentis promptum eſt refellere.

Nihil, inquiunt, tentandum abſq; ſynodi autoritate. Quid magis ridiculum dici poſsit. Vt mihi liceat admonere, quid uel à ſcriba uideatur corruptũ, uel ab interprete melius reddi potuerit, præſertim ex ueterum ſententia, tota ſynodus erit conuocanda? Quotidie noui ſcribuntur commentarij in ſacras literas, proponũtur oracula de rebus grauiſsimis, tot conduntur articuli, nec ulla ſynodus requiritur.

Quid ſi nouum teſtamentũ uertiſſem carmine, quod fecit Iuuencus, aut paraphraſi dilucidius explicuiſſem: an ob eam rem putant indicendã fuiſſe ſynodum? Nunc tantum quod eſt in Græcis uerto, aliquoties nõ probans quod apud illos legitur, & noſtra præferẽs, quanq̃ in Græcis codicibus præter deprauata nihil extat, unde periclitetur Chriſtiana doctrina.

Quod ſi nefas iudicant quicquam extare diuerſum ab hac æditione, abolẽdi eſſent Ambroſiani commentarij, ſupprimendus Cyprianus, Hieronymus & Auguſtinus, nihil attingendum Græcorum interpretum, quos uerſos legunt & ſcholæ & eccleſiæ Chriſtianorũ. Atq; eadem ratione nefas habebitur, nouum ac uetus teſtamentum ædidiſſe Græce, quod nuper ex Aldi mei prodijt officina, ac mox idem præſtitit Franciſcus archiepiſcopus Toletanus, approbante Romano pontifice, qui ſuppeditauit exemplar in nouo teſtamẽto, cum quo noſtra æditio ferè conſentit in omnibus.

Nos opus hoc dedimus, non, unde non liceat diſſentire, ſed quod ad emẽdandos pariter & intelligendos ſacros libros magnopere conducit. Et ut nos proponimus, ita probat ſuo ſcripto Leo x pontifex uere maximus, hac quoq; parte conſultum eſſe cupiens religioni Chriſtianæ. Scio hic leuis eſt Romani pontificis autoritas, quam plus quàm ſacroſanctam uideri uolunt, quoties illius diplomatis datur ius abſoluendi inuitis paſtoribus, aut alia functio unde meſsis eſt aliqua non pœnitẽda, aut ius occupandi plura ſacerdotia. Verum hic potius ualere oportuit, quod in illis emitur nonnunquam & extorquetur pontificis indulgentia. Hic gratuito fauor impenſus eſt, nec tam homini quàm rei.

Tot mendas ſuſtulimus, tot loca male reddita explicuimus, tot prodigioſos ſolœciſmos amouimus, tot nodos, in quibus hæſerunt & ueteres, extricauimus: tot inſignes lapſus au-

torũ indicauimus,tot amphibologias resecuimus,tot hyperbata digessimus:ut finiam,tot sensus antehac obscuros ac nubilos illustrauimus,tantam utilitatẽ gratis detulimus,& uociferantur quidam aduersus benemerentem.Si uel leuis error occurrit,concitant,ut dici solet,Tyria maria:pro bene gestis,nulla est gratia.

Iam non me clàm est,hoc male habet quosdam quòd à magni nominis scriptoribus dissentiam.Qui fauent Augustino,fremunt,me non per omnia cum illo sentire.Qui Thomę addicti sunt,dolent illum attingi.Franciscani nollent refelli Lyranum aut Scotum.Atqui si hanc accipimus legem,à nemine prorsus licebit dissentire,quum ipsi tamen inter se dissentiant.In hoc opere,ueritatis maior quàm autoritatis erat habenda ratio.

Non est contumeliosum à quamlibet probatis autoribus dissentire,si rationibus adductis id facias.Hoc interest:sunt à quibus par est reuerenter dissentire,uelut ab Hieronymo, ab Ambrosio,ab Augustino:sunt quibus hoc reuerentiæ non debetur,Thomę fortasse debetur,Lyrensi aut Carrensi non debetur,neq; doctrinæ neq; sanctimoniæ nomine.Et referebat,hos aliquot locis taxari,quod uiderẽ solos mira fiducia,sed nullo iudicio passim legi.

Sed cauillor in hos fortasis uno aut altero loco.Primum ipsis imputetur qui tam ridicula scripserint,non mihi.Deinde si stomachantur quòd hos aliquoties attingo,cur non magis agnoscunt ciuilitatem meam,quum ad tam multa conniueo:quæ nequaquam præteriturus eram,si animi causa taxassem illos.Quod aliquoties attigi,coegit studiorum utilitas: quod rarius id facio,datum est Christianæ modestiæ.

Quanquam & hoc libuisset dissimulare,si per istos licuisset qui uociferabantur hunc laborem prorsus infrugiferum fore,utpote puerilem & grammaticum.Nunc ut puerilis omnino contemni non potest,qui commonstrat in quibus summi doctores lapsi sunt.

Verum hoc ipsum,ni fallor,offendit plerosq;,quod admonentur quasi hactenus aliquid ignorarint in his literis,quarum scientiam profitentur:& pudet quæ imberbes didicere,senes perdẽda fateri.Primum nimium arrogans sit,qui profiteatur se nihil nescire:deinde taciti hæc quoq; discant,& desinẽt ignorare. Hac uia probrum hoc optime effugerint.Nunc istiusmodi uociferationibus magis etiam traducunt suam inscitiam.

Quòd si usq; adeo inuisa est nouitas,ut ferri non possit,fuit & hæc æditio qua nunc utimur,olim noua.Et stultissimum est,rerum æstimationem ab annis sumere.Hac æstimatione res præclara fuerit ebrietas,quæ est uetustissima,& ex priscis usq; seculis in hanc ætatem deducta.Quin rem ipsam potius quàm annales expendimus?

Si nouitas offendit,nos uetera instauramus,& nouitatẽ excludimus.Nam posterior est æditione,deprauatio.Si qui sunt qui nõ possunt mutare saliuã quam à pueris imbiberunt, manet istis sua uetus æditio,si uolũt,tum dilucidior tum emẽdatior:si nolunt,eadẽ & sui similis.Si glandes istorũ palatũ obstinate delectãt,saltẽ ne inuideãt ijs qui tritico uesci malũt.

Vtrum quæso fas est,post ueteres aliquid inquirere,an non?Si fas non est,cur ausi sunt Alexander ac Thomas,& post hos alij complures,totam theologiæ faciem immutare?Si fas,cur nostris obstrepunt studijs,præsertim quum & nullius iudicio præscribãt,& ueterũ autoritate nitantur?Etenim si fas est inducere noua,multo magis fas est reuocare uetera.

Si nihil aliud quàm codices nostros emendassem ex Græcis exemplaribus,comprobanda erat industria,qui id conatus essem quod Augustinus non uno in loco fieri iubet.Nunc non hoc contentus,ex orthodoxorum commentarijs rem peto.

Vt donemus nihil esse mendi in libris nostris,tamẽ multis de causis oportebat ad fontes cõfugere,ob amphibologias,ob quędã obscure reddita,ob tropos & emphasim Grecanicę phrascos,quæ sæpenumero reddi nõ põt,ob gratiã idiomatis,quæ in uertẽdo nõ respõdet.

Vt donemus Græcorum libros æque deprauatos esse ac Latinos,tamen ex collatis exemplaribus æque deprauatis sæpe deprehenditur uera lectio:propterea quod sępenumero fit,ut quod hic casu deprauatũ est,in alio codice reperiatur integrum:aut saltem uestigijs quibusdam datur ueræ lectionis coniectura.

Augustinus in Epistola quinquagesima nona,non audet respondere,rogatus de sententia uersiculi cuiusdam ex Psalmis,nisi consultis libris Græcis.Idem ueteris Testamenti noui q; libros cum Græcis contulit,nimirum diffisus uulgatæ interpretationi.Id quantum habeat utilitatis in ueteri Testamento uiderint alij,certe in nouo necessarium est.Et quidam

non

non dubitant de omnibus pronunciare,freti uulgatis codicibus? Idem multis locis docet lectionis ſyncerităt̃ ex antiquiore lingua petendã eſſe:hoc eſt,ab ea in quam primum tranſlatus eſt liber. Veluti quum hæretur in ueteri teſtamento,iubet conſuli Græcos codices,ſi quis Hebraice neſciat:quod in hãc linguã prius uerſum ſit uetus teſtamentũ,q̃ in Latinam.

Hieronymus laudat ſtudium mulierum Germanarum,quæ Latinum pſalterium cum Græco contulerint,quum id ab Hebręorum fontibus manarit:& iſti putant abſurdũ idem fieri in nouo Teſtamento,quod totum,aut penè totum fluxit à Græcis?

Sed audio quoſdam in totum abrogare fidem Græcorum libris,poſteaquam ſe ſemouerunt ab eccleſia Romana. Atqui eadem de cauſa non eſt fidẽdum Hebræorum libris,quod illi ſint infenſiſsimi non ſolum Romano pontifici, ſed Chriſto & Chriſtianis omnibus. Et tamen Hieronymus illis fiſus eſt,id temporis quum maxime fuiſſet tempeſtiuum depraua re,ſi quid deprauare uoluiſſent.

Si Græcis in animo fuiſſet deprauare codices ſuos,his potiſsimum locis deprauaſſent,in quibus à nobis diſſentiunt,ueluti de proceſsione ſpiritus,de ęqualitate trium perſonarum, de primatu Romani pontificis,de ritu conſecrãdi ac tradendi baptiſmum & euchariſtiam, de coniugio ſacerdotum,aut ſi quid aliud eſt eiuſmodi:at in his nobis conſentiunt. Nec ullus locus proferri ualet,qui hoc nomine ſuſpectus haberi poſsit.

Ariſtoteles apud nos habet autoritatem ſuam,quum plus ſit quàm ſchiſmaticus,uidelicet à Chriſto alieniſsimus. Auerroes habet pondus etiam in theologorum ſcholis,homo blaſphemus in Chriſtum. Et Græcorum uoluminibus nulla erit apud nos fides? quod quidam illorum deſciuerunt à pontifice Romano:neq; enim defecerunt omnes. Et qui deſciuerunt & qui non deſciuerunt,in lectione conſentiunt.

Si olim deprauati ſunt Græcorum codices,iam adhuc erãt orthodoxi. Sin nuper à ſchiſmate,qui fit ut horum codices cum ueterum libris conſentiant? Niſi fortè tam impudens erit aliquis,ut dicat uniuerſos codices & interpretum commentarios ſimul eſſe uitiatos à ſchiſmaticis.

Ego magis ſuſpicor,ſi quid mutatum eſt in Græcorum libris,id à Latinis exemplaribus fuiſſe profectum,poſteaquam Romana eccleſia cœpit abſorbere Græciam.

Nec tota diuulſa eſt à nobis Græcia: Rhodus & Creta Chriſtum agnoſcit,agnoſcit Romanum pontificẽ. cur horum libris diffidimus? Et ab his potiſsimũ nobis ueniũt exẽplaria.

Riſit olim Heluidium Hieronymus,qui ſibi ſtultiſsime perſuaſerit,Græcos codices eſſe corruptos:ac dictum hominis ſtultius eſſe putat,quàm ut ſit argumentis refellendum. Et tamen iam tum Oriens fermè omnis hæreſibus feruebat Arianorum & Origeniſtarum. Ab iis magis timendum erat exemplaribus,quàm à ſchiſmaticis.

Damnauit eccleſia quaſdam Græcorum opiniones,codices Græcorum nunquam damnauit. Et cur nos damnamus quod nõ damnauit eccleſia? Imò cur non habemus fidem his quibus fidem haberi uoluit eccleſia?

Sunt qui poſt receptam Hieronymi translationem,negant quicquam eſſe tribuendum uel Hebræis uel Græcis uoluminibus. Iamq; ceſſare quod ſcribit Auguſtinus noui teſtamẽti ueritatem ex Græcis,ueteris ex Hebræis eſſe petendam. Si ijdem ſunt Græcorũ libri,cur hodie reijciantur,quibus olim fuerit autoritas,& cõſentire in pleriſq; docuimus. Deinde ſi quod ſcripſit Auguſtinus non ualebat poſt receptam Hieronymi translationem,cur tot ſeculis poſt Auguſtinũ,eandem regulam in pontificum decretis recepit eccleſia? Si dicti pondus æſtimamus ab ætate Gratiani,iam erat hæc Hieronymi translatio receptiſsima.

Omitto interim quòd docti multis coniecturis colligunt,neq; uetus neq; nouum Teſtamentum hodie purum haberi,uel ex uerſione uel ex emendatione Hieronymi. Primũ Pſalterium ex Hebræo uerſum,nunquam recepit eccleſia. Eccleſiaſtẽ non eſſe Hieronymianæ uerſionis,declarat ipſa præfatio quã ſuis præfixit cõmentarijs. Deniq; codices qui feruntur iuxta translationẽ Septuaginta & iuxta ueritatẽ Hebraicã,uehemẽter inter ſe diſſentiunt.

Quidam hic nobis tradunt Lesbiam regulam,ut id habeatur pro recto,quod uulgo receptiſsimum eſt. Verum nũquam tam bene fuit actum cum rebus humanis,ut quod optimũ eſſet à uulgo peteretur. Certiſsima regula eſt,linguarum,translationũ,expoſitorum,exemplariorum inter ipſa collatio,adhibito ſobrio iudicio,excluſa contentione.

Iam

Iam quod à quibuſdam ſtudium hoc noſtrum contemnitur ut humile ac puerile,qui circa ſyllabas ac uoculas laborem,non ita ualde me mouet. Ego magnum arbitror quicquid ad rem theologicam pertinet.Et quum non ignorarem quantum reuerẽtiæ ſacris libris debebatur,mihi conſcius ſumpſi quod in eo munere uideretur infimum.

Sit hoc grammaticum,ſit puerile,ſit triuiale,modo fateantur eſſe neceſſarium. Vt nihil aliud doceam quàm rectam lectionem,nimirum turpe eſt hoc ipſum neſcire magnos doctores.Et tamen hoc manifeſtius eſt quàm ut negari poſsit,poſteaquam hic lapſus deprehenditur Auguſtinus,lapſus Beda, lapſus Thomas, lapſus Lyrenſis & Carrenſis:poſteaquam frequenter audimus hos qui concionantur in templis etiam thema quod proponunt perperam intellectum adducere.

Scrupi ſunt quamlibet minuti,ſed ad hos impingunt frequenter οἱ τὸν ἥλιον ὑποφέροντες. Si iuxta Chryſoſtomum & Auguſtinum articulus ὁ, hoc eſt minutiſsimum elementum,additum aut omiſſum,ſenſum facit orthodoxum aut hæreticum:ſi idem efficit hypoſtigme non ſuo poſita loco,quid eſt cur hæc ut minuta negligamus quæ tantum habent momenti?

Quoniam alicubi commonſtramus ordinem,& anfractus hyperbatorum explicamus, uociferantur grammatiſtam. Quidam etiam in frequentiſsima concione dixit,Docet conſtruere:hoc didici ante annos quadraginta. Quaſi non Origenes in ſcripturarum expoſitione,mea ſententia uix cuiquam ſecundus, quaſi non Hieronymus frequenter conſtructionem commonſtret,ordinem uocans. Et tamen is qui hæc uociferabatur,maxime opus habet qui commonſtret conſtructionem.

Sint illi multo doctiores,nihil obſto. Non tamen arbitror omnino cum Megarenſibus nullo in numero ponendum eum,qui tot locis docet doctiores quod ſcire referebat,neſcire tum indecorum erat tum inutile.

Auguſtinus quem iſti quoq; pro ſummo eccleſiæ doctore habent,nónne diſtinguit percontationem ab interrogatione,commonſtrat hypoſtigmas,digerit cola,commata ac periodos,indicat tropos grammatiſtarum?

Nónne ridentur μετέωροι, qui ſublatis in cœlum oculis ſic contemplantur aſtra,ut tibias impingant in ſaxum?

Apelles non cõtemnebat rationem terendi miſcendi'ue colores,nec ductum ſimplicium linearum,quæ in arte qua præcelluit infima ſunt.

Nec peritus architectus circa tectum & colophonẽ occupatus,negligit in fundamẽtum comportare rudera. Hęc qui neſcit,architectus non eſt:qui negligit,opus collapſurũ erigit.

Verum turpe eſt,inquiunt,hæc diſcere doctores. Fateor:didiciſſe oportuit,non diſcere. Verum quid facies ijs quibus hoc non contigit,uel quia defuit animus,uel quia non contigit diſcẽdi facultas? An præſtat neſcire quod cognitu neceſſarium eſt,quàm ſerius diſcere?

Nec tamen quiſquam cogitur iſta diſcere,tametſi nemini non licet,certe iuuenibus potiſsimum hic deſudat labor.

Nec dubito quin uentura ſit ætas,& iam fortaſsis exoritur,qua uidebuntur hæc magna ex parte ſuperuacanea. Verum qui iam in grandes robuſtoſq; uiros adoleuerũt,non aſpernantur nutricem,quæ prima mammam dedit,quæ cibum præmanſum in os inſeruit. Nec illi Græciæ lumina ſapientes,in omni diſciplinarũ genere abſoluti,nullã habebant gratiam ijs à quibus agnoſcere,pingere,ſonareq; literarũ elementa didicerant. Hæc ita puſilla ſunt, ut ſine his nemo ſit maximus. Suæ cuiq; dotes ſunt. Nos quod datum eſt impartimus.

Quanquam hæc minus negligenda uidebuntur,ſi quis periculũ fecerit,quantis hæc minuta cõſtent ſudoribus. Aut ſi quis aggrediatur tractare ſcripturam diuinam, & in ea,ſicut oportet, rimari curioſe ſingula. Vſu ſentitur utilitas,non tumultuaria lectione. Poſtremo deſinet contemnere,qui non unam aut alteram annotationem,ſed uniuerſum opus expenderit. Tu mihi ocioſus ac ſupinus hunc aut illum locum expendis,& uideris tibi copioſius ac doctius tractare potuiſſe. Poteram & ipſe,ſi decem modo fuiſſent excutiendi. In tot milibus hanc præſtare diligentiam difficillimũ eſt,mihi ſanè fuit,feliciori non inuidebimus.

Auguſtinum non pœnitebat operæ ſuæ,quum huiuſmodi quædam annotaret in libros Pentateuchi,non ex fontibus Hebræorum,ſed ex Græcis uoluminibus. Is rem annotatu dignam

gnam duxit,quod in ſacris literis reperiatur uerbum multitudinis numero additum nomini rem ſignificanti,quæ conſtet ex multis.Quod genus eſt: Dimitte populum meum ut ſeruiant mihi. Item,Omnis terra adorent te. Præterea quod in hac oratione:Si interrogauerit te Eſau,dicens, Cuius es tu,& quò uadis,& cuius hæc quæ antecedunt te:Et dices, Pueri tui Iacob. poſtremo loco redundet coniunctio Et. Rurſus quod in hoc ſermone, Tu autem teſtamentum meum conſeruabis. conſeruabis,poſitum ſit pro Conſerua. Rurſum quod hæc uerba quæ ſunt in Leuitico: ἀκάθαρτος ὢν,ἀκάθαρτος ἔσται. putat ad hunc modum uerti poſſe, Immundus exiſtens,immundus erit. Et tamen participium Exiſtens,non eſſe ab Exiſtere,ſed ab Eſſe:quum Græce ſit ὤν, quaſi dicas Eſſens. Præterea quod docet,mulierem dici,quæ uirgo ſit:quum Hebræam uocem neſciat,unde pendebat quæſtio. Item quod ὄψιμον Græcum,parum Latine dicatur,ſerotinum. Ad hæc tam puerilia non grauatus eſt deſcendere tantus epiſcopus. Quid ipſe Hieronymus,nonne quædam annotauit quæ friuola uideri poſſent,ſi quicquam omnino friuolum eſſet in ſacris libris? In epiſtolam ad Epheſios capite quinto,in Pauli uerbis:Propter hoc relinquet patrē & matrem: & cætera.annotauit ἀντὶ τούτου dictum,pro ἕνεκεν τούτου. quum utracꝫ dictio probe quadret,& eundem efficiat ſenſum: Vice uxoris relinques patrem & matrem:& Cauſa uxoris relinques patrem ac matrem. Idem in epiſtolam ad Philemonem indicauit, ἀγαπητόν magis ſonare Diligibilem,quàm dilectum,qui Græce dicatur ἠγαπημένος. Iterum in epiſtolam ad Romanos: πασιν τοῖς οὖσιν ἐν ὑμῖν. omni,dictum eſſe pro Omnibus: quum utrocꝫ modo dicatur idem, Quiſquis eſt inter uos:& Omnibus qui ſunt inter uos. Iam uero quid commemorem,qualia ſint pleraꝙ quæ Hieronymus annotauit in libello quem de caſtigatione pſalterij ſcripſit ad Suniam & Fretelam. Quàm multa ſunt illic minutiſsima,quę ego non dignarer meis Annotatiunculis quamlibet grammaticis.

Nullus igitur reprehendat,ſi argumento ſuſcepto reſpondeo. Mihi abunde ſatis eſt,ſi nullus ante me plus præſtitit in hoc ſcripti genere. Quid alij poſsint,aut præſtaturi ſint,neſcio. Certe optarim exiſtere permultos,qui me prorſus obſcurarent. Imò uel reprehēdi gaudebo,ſi quis induſtria ſua rem tam ſacram,à nobis utcunꝫ tentatam,adiuuerit. Abſit modo procacitas,quam fœdam & indecoram ſibi ducunt & ethnici uerſantes in re literaria.

Meminerit is qui reprehenſionem parat,ſe quoꝫ hominem eſſe,neꝫ minus labi poſſe reprehendendo,quàm potuerit autor operis ſcribendo. Quanquam longe plus ueniæ debetur ei qui prodeſſe ſtudens,in ingēti opere dormitauit alicubi,non aſſequutus quod uoluit:quàm ei qui in alieno libro cupiens ingenioſus uideri,uenatur quod carpat,& tamen hoc ipſum perperam facit:dumꝫ falſos aliorū errores exagitat,ipſe ſuos ueros prodit. Porrò nullus eſt error fœdior,q̄ animus ſpirans inuidiam & uel rectiſsima carpendi libidinem.

Sic oportet ad librum legendum accedere lectorem,ut ſolet ad conuiuium conuiua ciuilis. Conuiuator annititur omnibus ſatisfacere:& tamen ſi quid apponitur quod huius aut illius palato non reſpondeat,urbane uel diſsimulant conuiuæ uel probant etiā,ne quid contriſtent conuiuatorem. Quis enim eum conuiuam ferat,qui tantum hoc animo ueniat ad menſam,ut carpens quæ apponuntur nec ueſcatur ipſe nec alios ueſci ſinat?

Et tamen his quoꝫ reperias inciuiliores,qui palā,qui ſine fine damnent ac lacerent opus quod nunquam legerint. Atꝫ hoc ſanè faciunt quidam qui ſe Chriſtianę pietatis doctores profitentur,& religionis antiſtites:quum ſit plus q̄ ſycophanticum damnare quod neſcias.

Nec intelligunt quantum abeſſe oporteat linguam prophetici canis,quæ lingendo medetur hulceribus:à lingua uiperæ aut aſpidis,cuius uenenum immedicabile. Nec cogitant quantum diſcriminis ſit inter hierophantam & ſycophantam.

Quum theologorū ſcholæ nec Scotum,nec Petrum Lombardum,nec Occam,nec Thomam,nec Auguſtinum,nec Ambroſium,nec Hieronymū,nec Hilarium,nec Cyprianum, nec Chryſoſtomum,nec Ioannem Damaſcenum,nec Origenem,imò nec Petrum apoſtolum prorſus ab errore liberent,& ab eo quidem errore,quem ſi tuearis,hæreticus ſis:cur noſtra tam iniquo legunt iudicio?

At ſummis illis,inquiunt,hoc ciuilitatis debetur,tibi non item. Imò quo magis pręcellue runt illi uel dignitate uel eruditione,hoc minus ueniæ debebatur. Neque enim,opinor,iſti me inter uſque adeo indoctos numerant,quos non oporteat quicquam omnino ſcribere.

Nomen

Nomen hæreſeos quo grauius eſt & inuiſius Chriſtianis auribus,hoc turpius eſt id temere cuiquam impingere.At iſti nihil magis habent in promptu,nec dubitant hæreſim inclamare,prius quàm circumſpiciant qua de re loquantur.Et quemadmodum uno ſue grunniente grunniunt omnes,ita ad huius aut illius clamorem omnes eiuſdem factionis ſodales uociferantur hæreſim.

Ita ualde Chriſtiani uideri uolunt,ſi in Chriſtianum ſint fortiter contumelioſi. Idq; quo poſsint impunius, principum tyrannidi fauent,& Romano pontifici ſemper adulantur, peſsime interim de illo ſentientes,cui putant quicquam eſſe charius,quàm quod ad Chriſti gloriam & gregis ſalutem pertinet.

Eccleſiæ nomen ſubinde inculcant,quum ſuum agant negocium:ſpiritum ſanctum habent in ore,quum longe alius ſit in animo.Hæc in quoſdam dicta ſint,nec theologi nec monachi titulo dignos,non in omnes.

Qui ſimpliciter errat,fraterne monendus eſt.Qui nihil aliũd quàm prodeſſe ſtuduit, cum fauore & candore legendus eſt.At mirum quàm iſti ſæuiunt,quo faſtu,quo ſupercilio cenſuram agunt,frequenter ubi rem non intelligunt.Nam id accidiſſe,docere ſi libeat poſsim.Qua re quid poteſt eſſe turpius?

Origenes aduerſus Celſum plus quàm hæreticum,qui totam Chriſti uitam indigniſsimis conuitijs lacerarat,argumentis egit,non conuitijs. Auguſtinus cum Paſcentio diſputans,ſemper clariſsimũ uirum appellat,quum is iuxta Arianorum dogma negaret homuſion patri filium.Cum Pollentio,de diuortio ſic diſputat,ut nulla ſit uſquam hæreſeos mentio. Ad Madaurenſes idololatras honorifice reſcribit,fratres chariſsimos & dominos prædicabiles eos appellans:nec grauatur cauſam illorum ſibi commendatam adiuuare.

Inquiſitoribus hoc datum eſt negocij,ut indices ſint,non iudices:doctores,non ſycophantæ:monitores,non calumniatores:fidei cuſtodes,non ſub fidei defendendæ prætextu tyrannidem affectantes.

Hæreſis non eſt,ubi non eſt ambitio,ubi non eſt malicia,ubi non eſt arrogantiæ comes pertinacia.Nec in quouis errore hæreſis eſt,ſed in ijs duntaxat quæ proprie ad catholicam fidem pertinent,& canonicis libris expreſſe aduerſantur.

Quàm iniquum eſt impune impingere tantam contumeliam,nec rei uictori ullum eſſe propoſitum præmium aut talionem,niſi quod elapſus uidetur.Qui crimen hæreſeos falſo intentarunt,zeli laudem auferunt:qui ſe à calumnia purgarunt,diſcedunt quaſi ſutorio atramento abſoluti.

Chriſtus ipſe non extinguit linum fumigans,non comminuit baculum fractum:& nos ob humanum lapſum,imò ob faſtum noſtrum alienamus erecta feliciaq; ingenia.

An non turpiſsimum eſt,à magnis olim theologis apud Italos damnatas fuiſſe Pici Miranduli concluſiones ut impias & hæreticas,quæ nunc ut Chriſtianæ piæq; leguntur ab omnibus,non ſine applauſu theologorum?

Iam ſentio quoſdam eſſe qui carpendis aliorum ſcriptis famam aucupantur,compendiaria quidem ſed ſceleratiſsima uia.Olim tibicen ille meliorem parandi ſubito nominis uiam monſtrauit,ut doctis ac uulgo celebribus ſe probaret:quod horum ſuffragijs futurum eſſet ut à populo quoq; probaretur.Quis autem genius malus hanc rationem commonſtrauit? Ingerunt ſe tranſuerſim in opus alienum,& unum aut alterum locum uellicant,moxq; famam quam alius complurium annorum uigilijs ſibi parauit,uno æquant die,nec æquant modo,uerum etiam ſuperant:nam doctior habetur,qui reprehenſor ac cenſor eſt.

Quod hoc eſt ingratitudinis genus,totius operis laudem ſibi uindicare ob unum aut alterum locum caſtigatum, quum diſsimulet interim ſe tot locis fuiſſe adiutum? Perinde quaſi ſi quis donatus ſexcentis aureis,unum alterum ue ex ijs κατάχαλκον καὶ λίβδηλον fuiſſe clamitet. Aut ſi quis damnet totum apparatum,quod unum aliquod ius appoſitum ſit æquo ſalſius.

Si deteſtandæ ingratitudinis eſt,beneficium acceptum inficiari:quale uidebitur,pro gratis collato officio,contumeliam reponere? Et ſi inciuilis habetur,qui donatitij equi dentes inſpicit:qualis habebitur,qui in opere neceſſario nihil aliud quærit niſi quod arrodat?

Si quis exiſtat prorſus ἀναλφάβητος & indoctus,qui pio quodam animi ſtudio gratis

tis concinnet aut farciat codices euangelicos: nónne futurum esset, ut omnes huius pietatem exoscularentur? Nónne huius hominis memoriam suis fastis inscriberent? Et in hoc officio, quod longe plus adfert utilitatis, & nobis non paulo pluris constat: tam sunt ingrati quidam.

Si quis donet istos nouo pallio, si quis accipiat cœna lautiore, si quis nūmos aliquot largiatur: tantū non adorant, pietatem hominis ubiq; prædicant: sua merita, quibus abundant scilicet, illi impertiuntur. At hoc meo beneficio magis egebant, & oblatrant bene merenti.

Porrò quod obiter admonuimus quædam, quæ uidentur dissonare cum ijs, quæ publici tus recepta sunt in scholis, nec sine causa fecimus, nec odiose tamen. Fortasis expediret rei publicæ Christianæ plura conuelli, quæ nunc uelut oracula publice docentur, quum priuatim fateantur se diuersum sentire.

Alius hoc agit, ut orbis sit Thomista, alius ut Scotista, alius ut Occanista, alius ut Realis, alius ut Nominalis. Quin illud potius agimus omnes, ut orbis sit Christianus?

Iam audio iactare quosdam, à me permulta præterita, quæ forent annotatu digna. Primum illud lectorem admonitum esse uolo, me non persequutum esse quicquid in nouo testamento uideretur annotādum, sed ea duntaxat quæ ad lectionis synceritatem pertinent. Etiamsi hic quoq; multa prudentes omisimus, ne lectorem oneraremus. Quòd si quis quid adijciet nostris, gratulabor etiam utilitati publicæ. Imò si à nobis alicubi dissentiet, modo id agat argumentis non conuicijs, ut erudito dignum est, nequaquam offendar. Argumenta possunt honeste refelli argumentis: conuicia conuicijs retaliare, turpe est: quum interim ferre sit molestum. Qui rationibus agit, simplex negocium & sibi sumit & exhibet responsuro. At qui cōtumeliose dissentit, duplex sumit ac facessit negocium, geminumq; malum accersit, dum & famam lædit alienam, & ipse sibi maledicentiæ suspicionem conciliat.

Prodesse ut pulcherrimum est, ita difficillimum. Lædere ut facillimum est, ita fœdissimum. Cur hæc posterior pars pleriscq; magis placet? In altera se magnos declarent, qui famam affectant apud posteros, homine Christiano dignam.

Si qua mihi foret incantatio, qua possem nouum hoc aspidum genus sopire, non grauarer uti. Nunc quando id non datur: aduersus istorum uenenata sibila, bonorum fauore, uelut antidoto, me consolor. Oblatrant, sed inter uere eruditos ferè nulli: si qui sunt, ex eo sunt hominum genere, qui se deuouisse uidentur dijs manibus, si queant bonas literas, hoc est omneis quas ipsi non didicerunt, funditus extinguere. Nam negligendos opinor idiotas ex media uulgi fece, unà cum superstitiosis mulierculis, quos isti uel redemerunt ad uociferandum uel subornarunt. Aduersus horum maliciam, primum omnium me consolatur recta conscientia, & Christus agonotheta noster: deinde tot hominum iudicia, quorum alios uitæ sanctimonia, alios insignis eruditio, alios fortunæ splendor, alios ecclesiastici muneris dignitas, quosdam hæc omnia simul à contemptu uindicant. Quorum suffragium hoc ponderis plus habere debet, quod horum nemo sit, cuius fauorem aut emeruerim officio, aut precibus sim eblanditus. Literis ex omni terrarū plaga missis, mihi quotidie gratias agunt, quod meis lucubrationibus, qualibuscunq;, inflammati sint ad bonæ mentis, ad sacrarum literarum studium. & qui nunquam Erasmum uiderunt, tamen ex libris cognitum amant. Nullus est in his à me prouocatus, ut modo dixi, nec est cur mihi blandiantur. Nihil est quod metuant à me, aut uenētur ex me. Experta utilitas, & gratus animus hæc mihi parauit suffragia. Vt omnibus in commune laboraui, ita gratias agunt omnes, cuiuscunq; gentis, cuiuscunq; ordinis candidi & integri. Hoc ego præmium pulchrius esse duco, quàm si contigisset episcopi dignitas. Agnoscit officium meum Italia, cogor enim esse glorioſior, præcipue Roma & Venetia. Tot cardinales fauent nostris laboribus, sed præcipue uir in literis grauioribus absolutissimus, cardinalis Dominicus Grymanus titulo diui Marci, & omni ornamentorum genere cumulatissimus cardinalis titulo Sanctorum quatuor, Matthæus cardinalis Sedunensis, cardinalis Laurentius Campegius, & ante hos Raphael cardinalis sancti Georgij, Franciscus cardinalis Vulteranus. Quin ipse totius rei publicæ Christianæ princeps Leo Decimus, ut ad priorem æditionem literis humanissime scriptis adhortabatur, ita pòst ad posteriorem rursus adhortatus est: ut interim non commemorem episcopos & eruditorum hominum centurias. Post Leonem Adrianus Sextus uir præter uitæ sanctimoniam

moniam,eruditione ſingulari,iudicio'que præditus acerrimo. Rurſus Clemens Septimus quid fauoris non præſtat ſtudijs noſtris,idq; nec ambiente me,nec optante. Nimirum uir ab ipſa maiorum ſtirpe,natus iuuandis optimis diſciplinis,hunc fauorem ſtudijs religio/niq; præſtat non mihi. Nec horum quos recenſui fauor,intra uerba literas & uulgaria con/ſtitit officia. Certioribus argumentis declaratus eſt. Agnouit Hiſpania uel hoc argumen/to quod Franciſcus cardinalis Toletanus,ſemel atque iterum me ſollicitauit præmijs haud quaquam aſpernandis, ut adirem Hiſpanias. Porrò Guilelmus à Croya cardinalis & ar/chiepiſcopus Toletanus,in cuius dignitatem ac ſtudium erga me ſucceſsit Hiſpaniarum eximium lumen Alphonſus Fonſeca,quo me animo ſemper fuerit proſequutus,notius eſt plurimis quàm ut hic ſit commemorandum. Agnoſcit Germania omnis,ſummorum præ/ſulum ac principum literis me prouocans ad ampliſsima præmia,doniſq; non uulgaribus ornans ſimul & excitans noſtram induſtriam. Agnoſcit Hungaria, agnoſcit Morauia & Polonia epiſcoporum ac ſummatium uirorum literis mihi gratias agens,nec id ſine præ/claris muneribus:quorum è numero præcipui ſunt duo fratres,Ioannes Turzo quondam epiſcopus Vratiſlauienſis,& Stanislaus epiſcopus Olmucenſis. Apud Sarmatas Petrus epiſcopus Cracouienſis & regni cancellarius,cum hoc Andreas Critius epiſcopus Plocen ſis,& tam literis quàm mitra clarus Ioannes epiſcopus Culmenſis. Quid enim dicam de Britannia,ubi tot mihi ſunt Mœcenates, inter quos primus clariſsimus baro Guilelmus Monteiouius,proximus Guilelmus archiepiſcopus Cantuarienſis totius Angliæ primas, tertius Thomas cardinalis Eboracenſis uir acerrimi iudicij:ſummus rex ipſe non minus animi quàm fortunæ bonis florentiſsimus,quorum uterque & benignitate ſua ultro fouet ocium noſtrum,& ſi libeat,inuitat ad ampliora. Ioannem Fiſcerum epiſcopum Roffenſem in hoc catalogo,in quo magis expenduntur ſuffragia quàm numerantur,unum pro multis numerare poteram. Deinde Cutbertum Tunſtallum epiſcopum quondam Londonienſem nunc Dunelmenſem. In Guilelmi Varami munus ſucceſsit Thomas Cronmerus,uir non profeſsione tantum theologus ſed & animo moribusq; uere theologicis,qui in fauore er/ga me nequaquam cedit ei cui ſucceſsit. Adde his Ioannem Longloldum epiſcopum Lin/colnienſem libris etiam æditis clarum. A Gallis,præcipue ab incomparabili uiro Stepha/no Poncherio epiſcopo Pariſienſi,& à rege chriſtianiſsimo Franciſco iam toties inuitor non uulgaribus promiſsis. Poſtremo quanquam nuſquam gentium plus ualeant ſycophan tæ,quàm apud noſtros,nec uſquam minor ſit honos bonis literis:tamen ſunt hic quoque, qui faueant pro commodo publico laboranti:quorum præcipui ſunt,uir cordatiſsimus ſi/mul & oculatiſsimus Erardus à Marca,epiſcopus ac princeps Leodienſis,nunc cardina/lis,primus aulæ Cæſareæ conſiliarius:& clariſsimus Philippus à Burgundia,epiſcopus ac princeps Traiectenſis:quorum uterque ultro defert amplam fortunam,ſi quid expeterem huiuſmodi. Ne commemorem interim Carolum Cæſarem, & Ferdinandum huius ger/manum. E ſummis præcipuos duntaxat attigi,quum quotidie literis obruar,quibus mi/hi celebres Academiæ, quibus uiri doctrina præſtantes,quibus religione commendabi/les & gratulantur & gratias agunt. Rettuli quiddam glorioſi militis è Comœdia, huc me perpulit quorundam improbitas. Et tamen adeo nihil mentitus ſum,ut complures ſci/ens reticuerim:ſunt enim qui malunt fauere clàm,quemadmodum Nicodemus fauit Ie/ſu:nec ambitioſe laudes illorum,quod ueriſsime poteram prædicaui:nec ob oculos poſui, quantum ſit diſcriminis inter hos qui probant,fauent atque adiuuant,& inter iſtos qui ob/ſtrepunt,calumniantur ac damnant. Merebantur utrique depingi,uerum oportuit memi/niſſe Chriſtiani pudoris. Nec refert illos maiore grauare inuidia,quum ipſi ſe ſuis clamo/ribus ac moribus adeo reddiderint inuiſos,ut iam dudum mundus conetur eos excutere. Tot igitur ac talium uirorum animis ſuffragijſq; fretus,moderatius fero ſycophantarum ingratiſsimorum grunnitus.

Feliciſsimum quidem eſt placuiſſe omnibus. Verum id quoniam nulli adhuc contigit, proximum eſt,placuiſſe optimis.

Vt igitur cauſam omnem in pauca contraham,aduerſus eos qui totum hoc inſtitutum damnant,docui pium eſſe,ſemperque futurum,ſacris codicibus uel adimere mendas,uel aliquid lucis addere,& ſpiritui ſancto gratum eſſe,quicquid huc pro ſuo quiſque modulo

attulerit

attulerit. Si quis animo meo calumniam ſtruit, nihil aliud poſſum quàm Chriſtum teſtem facere, me nihil aliud ſpectaſſe quàm ipſius gloriam & Chriſtiani populi fructum. Si quis cauſatur periclitari ſcripturarum autoritatem, demonſtraui hac induſtria eam ſeruari, non deſtrui. Si quis fingit tumultum ex nouitate, nos publicam lectionem autoritate priuata non mutamus, imò ne id fiat toties admonemus: ſi quid tumultus fuit, non iſthuc peperit nouitas, ſed quorundam intempeſtiui clamores apud imperitam multitudinem: qui ſi de uulgi fece eſſent, impingi poterat, quod imprudenter anſam hanc prębuiſſem idiotis: nunc quoniam id factum eſt à ſapientiæ columinibus, accuſari non debeo, ſi à talibus uiris, tale nihil oriturum ſuſpicatus ſum. Aduerſus eos qui requirunt autoritatem publicam, docui nihil eſſe neceſſe, in opere priuatę lectioni parato. Satis eſt eccleſiæ iudicio ſubmiſſum eſſe quod profero. Si quis in me deſiderat iuſtam eruditionem, arbitror me ſuperaſſe, quotquot hactenus in hoc argumento uerſati ſunt. Si curã, ſi quid defuit, poſterioribus, ut habet prouerbium, melioribus ſarſimus. Si quis hoc quoq; culpat, dicam, Homo ſum, & probatiſſimorum uirorum ſequor exemplum. Si quis me negat eſſe theologum, grammatici partes egi. Si grammaticum aſpernantur, non aſpernatur Cæſar tonſoris, aut nomenclatoris officium. Si clamant hoc non niſi à theologo præſtari potuiſſe, Theologus infimus, infimam theologiæ functionem mihi ſumpſi. Si theologus non eſt quo alius ſit doctior, non habebit orbis niſi unum theologum. Quanquam ſuæ cuique dotes ſunt. Si nullus adferet meliora, res ipſa loquetur me non omnino luſiſſe operam. Si quis adferet, gemina mihi debebitur gratia. primum quod extimularim exemplo, deinde quod iuuerim præſtructa uia. Si quis clamitat hæc eſſe leuiora, quàm ut operæ precium ſit theologum huc flectere oculos, reclamant tot inſignes lapſus magnorum alioqui theologorum. Si quos pudet hæc neſcire, diſcant, & abierit pudor: ſi pudet piget ue diſcere, uenia dabitur pudori, dabitur & deſidiæ, liuori non dabitur, ſi iunioribus hæc diſcere cupientibus obſtrepant. Si quem illud habet male, quòd theologos quoſdam liberius attigi, ita tum mihi uiſa eſt exigere cauſa, quanquam hoc quoq; moderatus ſum poſterioribus ędition ibus. Nullum ordinem uſquam inceſſo: in neminem ſtrinxi calamum, niſi uirulentiſsime laceſsitus, ſemper tamen ciuilitate ſuperior prouocatore. Neq; quiſquã adhuc theologus aut monachus in me debacchatus eſt, etiam ſi id fecere Rabini nonnulli, palliati complures. Sed obſecro per Chriſtum, ſi pergemus ad iſtum modum nos uiciſsim dentibus impetere, quid ſupereſt, niſi ut mutuis morſibus tandem conficiamur? Quanto conſultius fuerit, ut ſi quis quid in meis ſcriptis deſiderat, aut moneat priuatim, quo medear ipſe, aut publice coarguat, ſed argumentis, non ſcurrilibus conuicijs: ita nec inficietur lector amarulẽtiæ ueneno, & à me non uulgaris inibitur gratia. Seniores iuniorum profectui comiter faueant, iuniores contra ſenioribus ne inſultent: ita maiorum æquitas candorq;, ac minorum modeſtia uerecundiaq; concordiam alet, tumultum excludet, inuidiam minuet, profeſſorum autoritatem non lædet, profeſsionis dignitatem tuebitur, utilitatem augebit. Agite quotquot uere Theologi, quotquot uere monachi, imò quotquot uere Chriſtiani eſſe uolumus, hoc conſiliũ amplectamur, nec pœnitebit obtemperaſſe. Ex hiſce rabioſis contentionibus quid expectari poteſt, niſi talis exitus qualia iamdudum uidemus procœmia. Hæc, opinor, abunde ſatisfacient, qui ſibi fieri ſatis ullo modo patietur. Cæterum qui ſibi obturant aures ne cognoſcant, qui occludunt oculos ne cernant, fruſtra canitur hæc fabula. Proinde ſit hactenus huic negocio datum ſatis.

F I N I S

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΚΑΝΟ-

ΝΩΝ ΤΗΣ ΤΩΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΣΤΩΝ ΣΥΜΦΩΝΙΑΣ.

ΕΥΣΕΒΙΟΣ ΚΑΡΠΙΑΝΩ

ΑΓΑΠΗΤΩ ΑΔΕΛΦΩ ΕΝ ΚΥΡΙΩ ΧΑΙΡΕΙΝ

ΜΜΩΝΙΟΣ μὲν ὁ ἀλεξανδρεὺς, πολλῷ ὡς εἰκὸς φιλοπονίαν ⸀ κατασκευάσας εἰσηγήσατο, τὸ διὰ τεσσάρων ἡμῖν καταλελοιπὼς τῶν εὐαγγελίων, τῷ ⸂κῳ⸃ κατὰ θεῖον τὰς ὁμοφώνους τῶν λοιπῶν εὐαγγελιστῶν πράξεις παραθείς, ὡς ἐξ ἀνάγκης συμβῆναι τὸν τῆς ἀκολουθίας εἱρμὸν τῶν τοιῶν διαφθαρῆναι, ὅσον ὡὶ ⸂ῳ⸃ ὕφει τῆς ἀναγνώσεως. ἵνα δὲ σωζομένου καὶ τοῦ τῶν λοιπῶν διὰ ὅλου σώματός τε καὶ εἱρμοῦ, εἰδέναι ἔχοις σοὶ οἰκείου ἑκάστου εὐαγγελιστὰ τόπους ἐν οἷς κατὰ τὸν αὐτῶν ἠνέχθησαν φιλαλήθως εἰρῆσθαι, ἐκ τοῦ πονήματος τοῦ προειρημένου ἀνδρὸς εἰλικρῶς ἀφορμᾶς, καθ' ἑτέραν μέθοδον, κανόνας, δι' ἃ τὸν ἀριθμὸν διεχαράξαί σοι σὺν ⸀τῷ τεταγμένῳ. ὧν ὁ μὲν πρῶτος περιέχει ἀριθμοὺς ἐν οἷς τὰ παραπλήσια εἰρήκασιν οἱ τέσσαρες, ματθαῖος, μάρκος, λουκᾶς, ἰωάννης. ὁ δεύτερος, ἐν ᾧ οἱ τρεῖς, ματθαῖος, μάρκος, λουκᾶς. ὁ τρίτος, ἐν ᾧ οἱ τρεῖς, ματθαῖος, λουκᾶς, ἰωάννης. ὁ τέταρτος, ἐν ᾧ οἱ τρεῖς, ματθαῖος, μάρκος, ἰωάννης. ὁ πέμπτος, ἐν ᾧ οἱ δύο, ματθαῖος, λουκᾶς. ὁ ἕκτος, ἐν ᾧ οἱ δύο, ματθαῖος, μάρκος. ὁ ἕβδομος, ἐν ᾧ οἱ δύο, ματθαῖος, ἰωάννης. ὁ ὄγδοος, ἐν ᾧ οἱ δύο, λουκᾶς, μάρκος. ὁ ἔνατος, ἐν ᾧ οἱ δύο, λουκᾶς, ἰωάννης. ὁ δέκατος, ἐν ᾧ ἕκαστος αὐτῶν ἰδίως ἀνέγραψεν. αὕτη μὲν οὖν ἡ τῶν ⸀τεταγμένων κανόνων ⸀τάθεσις. ἡ δὲ σαφὴς αὐτῶν διήγησις, ἔστιν ἥδε. ἐφ' ἑκάστῳ τῶν τεσσάρων εὐαγγελίων ἀριθμός τις πρόκειται ⸂κῳ⸃ μορίου ἀρχόμενος ἀπὸ πρώτου, εἶτα δευτέρου, καὶ τρίτου καὶ καθ' ἑξῆς ποιῶν διὰ ὅλου μέχρι τοῦ τέλους τοῦ βιβλίου. καθ' ἕκαστον δὲ ἀριθμόν, ⸀τὸ σημείωσις διὰ τοῦ μέλανος ⸀ἔγκειται, διηλοῦσα ἐν ποίῳ τῶν δέκα κανόνων κείμενος ὁ ἀριθμὸς τυγχάνει. δίον εἰ μὲν ἄλφα, διπλοῦν ὡς ἐν ⸂ῳ⸃ πρώτῳ. εἰ δὲ βῆτα, ἐν ⸂ῳ⸃ δευτέρῳ. καὶ οὕτως μέχρι τῶν δέκα. εἰ οὖν ἀναστύξας ἕν τι τῶν τεσσάρων εὐαγγελίων ὁποῖον δή ποτε βουληθείης ὧν εἰδέναι τι ὧν βούλει κεφαλαίῳ, καὶ γνῶναι πόθεν τὰ παραπλήσια εἰρήκασι, καὶ τοῦ οἰκείου ἐν ἑκάστῳ τόπους εὑρεῖν, ἐν οἷς ⸂κῳ⸃ τὸ αὐτὸ ἠνέχθησαν, ἧς ἐτύχεις προθυμοτῆς ἀναλαβὼν τὸν προκείμενον ἀριθμὸν ὧν ζητήσας τε αὐτὸν ἐν θεῷ ⸂ῳ⸃ κανόνι, οὗ ἡ διὰ τοῦ μέλανος ⸀τοσημείωσις ⸀τοβέβληκεν, ἴσθι μὲν οὖν διὰ τοῦ ὑπὸ μετώπου τοῦ κανόνος προγραφὲν, ὁπόσοι καὶ τίνες, τὰ παραπλήσια εἰρήκασιν. ὧν εὑρὼν δὲ καὶ τοῖς τῶν λοιπῶν εὐαγγελίων ἀριθμοῖς τοῖς ἐν ⸂ῳ⸃ κανόνι ᾧ ἐτύχεις, ἀριθμὸς παρακείμενος, ὧν ζητήσας δὲ αὖθις ἐν θεῷ, ἐν τοῖς οἰκείοις ἑκάστου εὐαγγελίου τόποις, τὰ παραπλήσια λέγοντας εὑρήσεις. ἔρρωσο ἐν κυρίῳ.

Κανὼν πρῶτος ἐν ᾧ οἱ τέσσαρες.

ματθ.	μ ἀρκ.	λϗκ.	ἰωάν.	ματθ.	μαρκ.	λϗκ.	ἰωάν.
ϗ	β	ζ	ι	στϖϡ	ρξε	σξς	ξε
ιϰ	ϡ	ι	ς	στϖϡ	ρξε	σξς	ξζ
ιϰ	ϡ	ι	ιϐ	σπθ	ρο	σοε	ϙϰς
ιϰ	ϡ	ι	ιϡ	σϛϰ	ροβ	σοθ	ϙνς
ιϰ	ϡ	ι	ϰϗ	σϛϡ	ροε	στϖϰ	ϙξϰ
ιϡ	ε	ιϒ	ιε	σϛε	ροϛ	στϖβ	μβ
ϰϛ	ϰζ	ιζ	μς	σϛε	ροϛ	στϖβ	νζ
ϰϛ	ϰζ	λϡ	μς	τ	ϙϖϰ	στϖε	οϑ
ϰϛ	ϰζ	με	μς	τ	ϙϖϰ	στϖε	ϙνϰ
ο	ϰ	λζ	λϒ	τβ	ϙϖϒ	στϖζ	ϙξ
πζ	ϙλϑ	σν	ϙμϰ	τϡ	ϙϖϡ	στϖθ	ξο
ϛϰ	ϛς	ϙις	μ	τς	ϙϖζ	σϛ	ϙξϐ
ϛϰ	ϛς	ϙις	ϙια	τς	ϙϖζ	σϛ	ϙοϡ
ϛϰ	ϛς	ϙις	ϙϰ	τι	ϙϛϰ	σϛζ	ξθ
ϛϒ	ϛς	ϙις	ϙχθ	τιϒ	ϙϛϡ	σϛϡ	ϙοβ
ϛϒ	ϛς	ϙις	ϙλϰ	τιϐ	ϙϛε	σϛϰ	ϙξς
ϛϰ	ϛς	ϙις	ϙμϡ	τιϡ	ϙϛε	σϛϰ	ϙξϒ
ϙλϛ	λζ	οζ	ϙϑ	τιε	ϙϛς	σϛβ	ϙοε
ϙμϰ	ν	ιϑ	νϑ	τιϒ	ϙϛϑ	τ	ϙος
ϙμϐ	να	ϰα	λε	τϰ	σ	τβ	ϙοη
ϙμζ	ξϡ	ϛϒ	μϑ	τϰε	σϡ	τι	ϙϖϡ
ϙξς	πβ	ϛϡ	ιζ	τϰς	σε	τια	ϙϖη
ϙξς	πβ	ϛϡ	οϡ	της	σε	τιϒ	ϙϛϡ
σϑ	ϙιϑ	σλϡ	ϙ	τηη	σς	τιϡ	ϙϛς
σια	ϙϰα	σλϒ	ϰα	τλα	σϑ	τιε	ϙϛζ
σϰ	ϙϰϐ	σλϑ	οζ	τλβ	σι	τιϒ	ϙϛζ
σϰ	ϙϰϑ	σμβ	ωε	τλϡ	σιϐ	τϰα	σα
σϰ	ϙϰβ	σξα	ωϒ	τλε	σιϡ	τϰϡ	ϙϛϑ
σμϡ	ϙλϑ	σν	ϙμα	τλς	σιε	τιζ	ϙϛϰ
σμϡ	ϙλϑ	σν	ϙμς	τλς	σιε	τιϑ	ϙϛϒ
σοϡ	ϙνς	σξ	ϰ	τμϒ	σϰϒ	τϰϑ	σϡ
σοϡ	ϙνς	σξ	μϒ	τμη	σϰζ	τλβ	σς
σοϡ	ϙνς	σξ	ζς	τμϑ	σϰη	τλϒ	σϒ
σος	ϙνη	οϡ	ζϒ	τνβ	σλα	τλς	σϑ
σπ	ϙξϐ	σξϑ	ϙϰβ	τνβ	σλα	τλς	σια
σπϡ	ϙξε	σξς	νε				
σπϡ	ϙξε	σξς	ξϒ				
				τέλος	τϑ ᾱ	κανόν	νϴ.





ಬಾಲಕಿಯರ ಶಾಲೆ.

ಬಾಲಕರ ಶಾಲೆ.

ಬಾಲಕಿಯರ ಶಾಲೆ.

ಬಾಲಕರ ಶಾಲೆ.



Διάγραμμα τῶν ὑψῶν τῶν κιόνων τοῦ Ὀλυμπιείου.


ματ.
μαρ.
σμζ ρμβ
σν ρμε
σνβ ρμζ
σνϛ ρμθ
σξ ρνβ
σξγ ρνγ
σρε ρνζ
σωϐ ρξϛ
σπϛ ρξζ
σπη ρξθ
σϙ ροα
σϙβ ρογ
σϙη ροθ
τε ρωε
τθ ρϙ
τια ρϙβ
τλ ση
τλζ σιζ
τμα σκα
τμζ σκϛ
τν σκθ
τέλος
ἑκαὸι
τοϛ
νθ.
ματ.
μαρ.
ϡ χ
ιζ ζ
κ θ
κβ ια
μϛ ρκϛ
οζ ρξγ
ϱ ρϙ
ρλϛ με
ρμε ξ
ρμη ξε
ρνβ ξη
ρνϛ οα
ρνθ οβ
ρξ ογ
ρξγ οδ
ρξε οη
ρξθ ϡ
ρο ϡα
ρογ ϡβ
ροθ ϡγ
ρϙ ϡδ
ρϙβ ϡε
σθ ϡϛ
σιζ ϡζ
σκα ϡη
σκϛ ϡθ
σκθ ω
σμϛ ωα



Ναὸς τῆς θεᾶς Ἀθηνᾶς Πολιάδος.



Ναὸς τῆς θεᾶς Ἀθηνᾶς Πολιάδος ἐν Ἐλευσῖνι.


λθυκ.
ἰωάν.
λ σιϑ
λ σκβ
σξβ ριτ
σξβ ρκϑ
σοϑ σκζ
σοϑ σκθ
σοϑ σλα
τγ ρπβ
τγ ρπξ
τγ ρϛ
τζ ρπβ
τζ ρωξ
τζ ρϛ


λδκ.
ἰωάν.
τιβ ρπβ
τιβ ρωξ
τιβ ρϛ
τμ σιγ
τμα σιζ
τμα σκα
τμβ σκγ
τμβ σκε
τέλ ιωάν τδ θ ν

κανὼν δέκατος ἐν ᾧ ἰδίως ἕκαστος περὶ τινῶν εἴρηκεν.

ματ.	ματ.	μάρκ.	λουκ.	λουκ.	ἰωάν.	ἰωάν.	ἰωάν.
β	ροα	ιθ	α	ρϙ	δ	ϙβ	ροζ
δ	ροζ	λα	γ	ρϙβ	ζ	ϙδ	ροθ
ϛ	ρπα	μγ	ε	ρϙϛ	θ	ϙζ	ρπα
ιγ	ρπδ	μϛ	θ	σα	ια	ϙθ	ρπθ
κδ	ρπϛ	νη	ιη	σγ	ιγ	ρβ	ρϙα
κζ	ρπη	ξβ	κ	ση	ιϛ	ρδ	ρϙγ
κθ	ρϙα	ο	κβ	σι	ιη	ρϛ	ρϙε
λγ	ρϙϛ	οδ	κθ	σιδ	κβ	ρη	σ
λε	σ	πα	λα	σκγ	κδ	ρι	σβ
λζ	σι	πη	ν	σκε	κζ	ριβ	σε
λθ	σιβ	ϙ	να	σκζ	κθ	ριε	σζ
μβ	σιη	ϙβ	ξζ	σλϛ	λα	ριζ	σι
με	σκβ	ϙδ	ξη	σνβ	λγ	ριθ	σιβ
νβ	σκζ	ρα	οβ	σνϛ	λϛ	ρκγ	σιδ
νϛ	σλ	ρδ	οε	σνθ	λθ	ρκε	σιϛ
οε	σλγ	ρκγ	ρδ	σξδ	μα	ρκζ	σιη
πα	σλε	ρλβ	ρϛ	σοα	μγ	ρλ	σκ
πθ	σλθ	ρπϛ	ρζ	σογ	με	ρλβ	σκδ
mos accubitus in cœnis,& primo ſedere loco in concilijs,& ſalutationes in foro,& uocari ab hominibus rabbi. Vos aũt nolite uocari rabbi:unus eſt eñ magiſter ueſter,nempe Chriſtus:omnes aũt uos,fratres eſtis. Et patrẽ nolite uocare uobis in terra:unus eſt enim pater ueſter,qui in cœlis eſt. Nec uocemini magiſtri, unus enim ueſter eſt magiſter,nempe Chriſtus. Qui maximus eſt ueſtrum,erit miniſter ueſter. Qui aũt ſe exaltauerit,humiliabiť:& qui ſe humiliauerit,exaltabitur. Væ autẽ uobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ,quia clauditis regnũ cœlorũ ante homines:uos enim non intratis,nec aduenientes ſinitis intrare. Vę uobis ſcribę & phariſæi hypocritæ,ga comeditis domos uiduarum:idq; prætextu prolixæ precationis,propter hoc grauius puniemini. Væ uobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ,ga circũitis mare & aridã,ut faciatis unũ proſelytũ:& quum fuerit factus,facitis eum filium gehẽnæ duplo magis q̃ uos eſtis. Væ uobis duces cęci, quia dicitis,Quicũq; iurauerit per tẽplum, nihil eſt:qui autẽ iurauerit per aurũ templi, reus eſt. Stulti & cæci,utrũ enim maius eſt, aurum,an templũ,quod ſanctificat aurum? Et quicũq; iurauerit per altare,nihil eſt:qui cunq; aũt iurauerit per donum quod eſt ſuper illud,reus eſt. Stulti ac cęci,utrum enim maius eſt,donum,an altare quod ſanctificat donum? Qui ergo iurauerit per altare,iurat per ipſum & per omnia quæ ſup illud ſunt. Et qui iurauerit per templũ,iurat per illud & per eum qui habitat in ipſo. Et qui iurauerit per cœlum,iurat per thronum dei,& per eum qui ſedet ſuper illum. Væ uobis ſcribę & phariſæi hypocritæ,quia decimatis mentham & anethum & cyminum,& reliquiſtis quæ grauiora ſunt legis,ludicium & miſericordiam ac fidem:hæc oportuit facere, & illa non omittere:duces cæci,excolantes culicem,camelum autem glutiẽtes. Væ uobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ,quia purgatis exteriorem poculi patinæq; partem: cæterum intus plena ſunt rapina & intemperantia. Phariſæe cæce,purga prius quod eſt intra poculum & patinam,ut & exteriores horum partes puræ reddantur. Væ uobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ,quia ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis,quæ foris quidem apparẽt ſpecioſa,intus uero plena ſunt oſſibus mortuorum,omniq; ſpurcitia. Sic

καὶ ὑμεῖς, ἔξωθεν μὲν φαίνεσθε τοῖς ἀνθρώποις
δίκαιοι, ἔσωθεν δὲ μεστοί ἐστε ὑποκρίσεως καὶ ἀνο-
σλη μίας. *οὐαὶ ὑμῖν γραμματεῖς καὶ φαρισαῖοι ὑπο-
ε κριταί, ὅτι οἰκοδομεῖτε τοὺς τάφους τῶν προφη-
τῶν, καὶ κοσμεῖτε τὰ μνημεῖα τῶν δικαίων, καὶ λέ-
γετε, εἰ ἤμεθα ἐν ταῖς ἡμέραις τῶν πατέρων ἡ-
μῶν, οὐκ ἂν ἤμεθα κοινωνοὶ αὐτῶν ἐν τῷ αἵματι
τῶν προφητῶν. ὥστε μαρτυρεῖτε ἑαυτοῖς, ὅτι υἱοί
σλθ ἐστε τῶν φονευσάντων τοὺς προφήτας. *καὶ ὑ-
ι μεῖς πληρώσατε τὸ μέτρον τῶν πατέρων ὑμῶν.
ὄφεις γεννήματα ἐχιδνῶν πῶς φύγητε ἀπὸ τῆς
σμ κρίσεως τῆς γεέννης; *διὰ τοῦτο ἰδοὺ ἐγὼ ἀπο-
ε στέλλω πρὸς ὑμᾶς προφήτας καὶ σοφοὺς καὶ γραμ
ματεῖς, καὶ ἐξ αὐτῶν ἀποκτενεῖτε καὶ σταυρώσε-
τε. καὶ ἐξ αὐτῶν μαστιγώσετε ἐν ταῖς συναγω-
γαῖς ὑμῶν, καὶ διώξετε ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν,
ὅπως ἔλθῃ ἐφ' ὑμᾶς πᾶν αἷμα δίκαιον, ἐκχυν-
όμενον ἐπὶ τῆς γῆς, ἀπὸ τοῦ αἵματος ἅβελ τοῦ δι-
καίου ἕως τοῦ αἵματος ζαχαρίου υἱοῦ βαραχίου,
ὃν ἐφονεύσατε μεταξὺ τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ θυσια-
σμα στηρίου. ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἥξει ταῦτα πάντα ἐπὶ
τὴν γενεὰν ταύτην. *ἱερουσαλήμ, ἱερουσαλήμ,
η ἡ ἀποκτείνουσα τοὺς προφήτας καὶ λιθοβολοῦσα
τοὺς ἀπεσταλμένους πρὸς αὐτήν, ποσάκις ἠθέ-
λησα ἐπισυναγαγεῖν τὰ τέκνα σου, ὃν τρόπον
ὄρνις τὰ νοσσία ἑαυτῆς ὑπὸ τὰς πτέ-
ρυγας, καὶ οὐκ ἠθελήσατε; ἰδοὺ ἀφίεται ὑμῖν ὁ
οἶκος ὑμῶν ἔρημος. λέγω γὰρ ὑμῖν, οὐ μή με ἴδητε
ἀπ' ἄρτι, ἕως ἂν εἴπητε, εὐλογημένος ὁ ἐρχό-
σμβ μενος ἐν ὀνόματι κυρίου. *καὶ ἐξελθὼν ὁ ἰη-
β σοῦς ἐπορεύετο ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ, καὶ προσῆλθον οἱ
μαθηταὶ αὐτοῦ, ὥστε δεῖξαι αὐτῷ τὰς οἰκοδομὰς
τοῦ ἱεροῦ. ὁ δὲ ἰησοῦς, εἶπεν αὐτοῖς. οὐ βλέπετε
πάντα ταῦτα; ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐ μὴ ἀφεθῇ
ὧδε λίθος ἐπὶ λίθον, ὃς οὐ μὴ καταλυθήσεται.
σμτ *καθημένου δὲ αὐτοῦ ἐπὶ τοῦ ὄρους τῶν ἐ-
β λαιῶν, προσῆλθον αὐτῷ οἱ μαθηταὶ κατ' ἰδίαν,
λέγοντες. εἶπὲ ἡμῖν, πότε ταῦτα ἔσται; καὶ τί
τὸ σημεῖον τῆς σῆς παρουσίας, καὶ τῆς συντε-
λείας τοῦ αἰῶνος; καὶ ἀποκριθεὶς ὁ ἰησοῦς, εἶ-
πεν αὐτοῖς. βλέπετε, μή τις ὑμᾶς πλανήσῃ.
πολλοὶ γὰρ ἐλεύσονται ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, λέ-
γοντες. ἐγώ εἰμι ὁ χριστός, καὶ πολλοὺς πλανή-
σουσι. μελλήσετε δὲ ἀκούειν πολέμους καὶ ἀ-
κοὰς πολέμων, ὁρᾶτε μὴ θροεῖσθε. δεῖ γὰρ τὰ
πάντα γενέσθαι, ἀλλ' οὔπω ἐστὶ τὸ τέλος. ἐγερ-
θήσεται γὰρ ἔθνος ἐπὶ ἔθνος, καὶ βασιλεία
ἐπὶ βασιλείαν, καὶ ἔσονται λιμοὶ, καὶ λοιμοὶ, καὶ
σεισμοὶ κατὰ τόπους. πάντα δὲ ταῦτα ἀρχὴ
σμδ ὠδίνων. *τότε παραδώσουσιν ὑμᾶς εἰς θλί-
α ψιν, καὶ ἀποκτενοῦσιν ὑμᾶς, καὶ ἔσεσθε μισού-
μενοι ὑπὸ πάντων τῶν ἐθνῶν διὰ τὸ ὄνομά μου.
καὶ

& uos, foris quidem apparetis hominibus iusti, intus autem pleni estis fictione & iniquitate. Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, quia ædificatis sepulchra prophetarũ & ornatis monumenta iustorum, & dicitis: Si fuissemus in diebus patrum nostrorum, non fuissemus socij eorum in sanguine prophetarum. Itaq; testimonio estis uobismetipsis, quòd filij estis eorum qui prophetas occiderunt. Vos quoq; implete mensuram patrum uestrorum. Serpentes, progenies uiperarum, quomodo effugietis iudiciũ gehennæ? Ideo ecce ego mitto ad uos prophetas & sapientes & scribas, & illorum aliquot occidetis crucifigetisq;, & illorum nonnullos flagellabitis in synagogis uestris, & persequemini de ciuitate in ciuitatẽ, ut ueniat super uos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram, à sanguine Abel iusti usq; ad sanguinẽ Zachariæ filij Barachiæ, quem occidistis inter templum & altare. Amen dico uobis, uenient hæc omnia super generationem istam. Hierusalem, Hierusalem quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt: quoties uolui congregare filios tuos: quemadmodũ gallina congregat pullos suos sub alas, & noluistis? Ecce relinquitur uobis domus uestra deserta. Dico enim uobis, haudquaquã me uidebitis post hac, donec dicatis, Benedictus qui uenit in nomine domini. Et egressus Iesus discedebat à templo, & accesserũt discipuli eius, XXIIII
ut ostenderent ei structuras templi. Iesus autem dixit illis, Nonne uidetis hæc omnia? Amen dico uobis, non relinquetur hic lapis
νζ super lapidem, qui non destruetur. Sedente autem eo in monte oliuarum, accesserũt ad eum discipuli secreto, dicentes: Dic nobis, quando hæc erunt? & quod signum aduentus tui, & cõsummationis seculi? Et respondens Iesus dixit eis, Videte ne quis uos seducat: multi enim uenient in nomine meo, dicentes, Ego sum Christus. multosq; seducent. Audituri enim estis bella, & rumores bellorũ: uidete ne turbemini. Oportet enim omnia fieri, sed nõdum est finis. Consurget enim gens contra gentem, & regnum contra regnum: & erunt pestilentię & fames & terræmotus singulis locis. Hæc autẽ omnia initia sunt dolorum. Tunc tradẽt uos in afflictionem, & occident uos, & eritis inuisi cunctis gentibus propter nomen meum.

Et

σμῑ * καὶ τότε σκανδαλισθήσονται πολλοί, καὶ ἀλ-
ι λήλους παραδώσουσιν, καὶ μισήσουσιν ἀλλήλους.
καὶ πολλοὶ ψευδοπροφῆται ἐγερθήσονται, καὶ
πλανήσουσι πολλούς· καὶ διὰ τὸ πληθυνθῆναι
τὴν ἀνομίαν, ψυγήσεται ἡ ἀγαπη τῶν πολλῶν.
σμῆ ὁ δὲ ὑπομείνας εἰς τέλος, οὗτος σωθήσεται. * καὶ
ς κηρυχθήσεται τοῦτο τὸ εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας
ἐν ὅλῃ τῇ οἰκουμένῃ εἰς μαρτύριον πᾶσιν τοῖς ἔθ-
σμζ νεσιν, καὶ τότε ἥξει τὸ τέλος. * ὅταν οὖν ἴδητε
ς τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως, τὸ ῥηθὲν διὰ δα-
νιὴλ τοῦ προφήτου, ἑστὸς ἐν τόπῳ ἁγίῳ, ὁ ἀναγι-
σμᾶ νώσκων νοείτω. * τότε οἱ ἐν τῇ ἰουδαίᾳ φευγέ-
β τωσαν ἐπὶ τὰ ὄρη. ὁ ἐπὶ τοῦ δώματος, μὴ κατα-
βαινέτω ἆραι τι ἐκ τῆς οἰκίας αὐτοῦ. καὶ ὁ ἐν τῷ
ἀγρῷ, μὴ ἐπιστρεψάτω ὀπίσω ἆραι τὰ ἱμάτια αὐ-
σμθ τοῦ. * οὐαὶ δὲ ταῖς ἐν γαστρὶ ἐχούσαις καὶ ταῖς
β θηλαζούσαις ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις. * προσεύ
σν χεσθε δέ, ἵνα μὴ γένηται ἡ φυγὴ ὑμῶν χειμῶνος,
ς μηδὲ ἐν σαββάτῳ. * ἔσται γὰρ τότε θλῖψις με-
σνᾱ γάλη, οἵα οὐ γέγονεν ἀπ' ἀρχῆς κόσμου ἕως τοῦ
β νῦν, οὐδ' οὐ μὴ γένηται. * καὶ εἰ μὴ ἐκολοβώθη-
σνβ σαν αἱ ἡμέραι ἐκεῖναι, οὐκ ἂν ἐσώθη πᾶσα σὰρξ,
β διὰ δὲ τοὺς ἐκλεκτοὺς κολοβωθήσονται αἱ ἡμέραι
σνγ ἐκεῖναι. * τότε ἐάν τις ὑμῖν εἴπῃ, ἰδοὺ ὧδε ὁ χει-
β στὸς, ἢ ὧδε, μὴ πιστεύσητε. * ἐγερθήσονται γὰρ ψευ
σνδ δόχριστοι καὶ ψευδοπροφῆται, καὶ δώσουσι σημεῖα
ς μεγάλα καὶ τέρατα, ὥστε πλανᾶσθαι, εἰ δυνα-
σνε τὸν, καὶ τοὺς ἐκλεκτούς, ἰδοὺ προείρηκα ὑμῖν. * ἐὰν
ε οὖν εἴπωσιν ὑμῖν, ἰδοὺ ἐν τῇ ἐρήμῳ ἐστίν, μὴ ἐξέλ-
σνς θητε· ἰδοὺ ἐν τοῖς ταμείοις, μὴ πιστεύσητε. * ὥσπερ
ε γὰρ ἡ ἀστραπὴ ἐξέρχεται ἀπὸ ἀνατολῶν, καὶ φαί-
νεται ἕως δυσμῶν, οὕτως ἔσται ἡ παρουσία τοῦ υἱοῦ
σνζ τοῦ ἀνθρώπου. * ὅπου γὰρ ἐὰν ᾖ τὸ πτῶμα, ἐκεῖ
ε συναχθήσονται οἱ ἀετοί. * εὐθέως δὲ μετὰ τὴν θλί
σνη ψιν τῶν ἡμερῶν ἐκείνων, ὁ ἥλιος σκοτισθήσε-
β ται, καὶ ἡ σελήνη οὐ δώσει τὸ φέγγος αὐτῆς, καὶ οἱ ἀστέρες
πεσοῦνται ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ αἱ δυνάμεις τῶν οὐρα
νῶν σαλευθήσονται, καὶ τότε φανήσεται τὸση-
μεῖον τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῷ οὐρανῷ. * καὶ
σνθ τότε κόψονται πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς, καὶ ὄψον
β ται τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, ἐρχόμενον ἐπὶ τῶν νε-
φελῶν τοῦ οὐρανοῦ μετὰ δυνάμεως καὶ δόξης
πολλῆς. καὶ ἀποστελεῖ τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ μετὰ
σάλπιγγος φωνῆς μεγάλης, καὶ ἐπισυνάξουσι
τοὺς ἐκλεκτοὺς αὐτοῦ ἐκ τῶν τεσσάρων ἀνέ-
μων ἀπ' ἄκρων οὐρανῶν ἕως ἄκρων αὐτῶν. ἀπὸ
δὲ τῆς συκῆς μάθετε τὴν παραβολήν. ὅταν ἤδη
ὁ κλάδος αὐτῆς γένηται ἁπαλὸς, καὶ τὰ
φύλλα ἐκφύῃ, γινώσκετε ὅτι ἐγγὺς τὸ θέρος. οὕ-
τω καὶ ὑμεῖς, ὅταν ἴδητε πάντα ταῦτα, γινώ-
σκετε ὅτι ἐγγύς ἐστιν ἐπὶ θύραις. ἀμὴν λέγω ὑ-
μῖν, οὐ μὴ παρέλθῃ ἡ γενεὰ αὕτη, ἕως ἂν πάντα
ταῦτα

Et tunc offendiculum patientur multi, & alius alium inuicem tradent, ſecꝫ odio habebunt inuicē, & multi pſeudoprophetæ ſurgent, ac ſeducent multos, & quoniam abundabit iniquitas, refrigeſcet charitas multorum. Qui autem perſeuerauerit uſcꝫ in finem, hic ſaluus erit. Et prædicabitur hoc euangelium regni in uniuerſo orbe in teſtimonium omnibus gentibus: & tunc ueniet conſummatio. Quum ergo uideritis abominationem deſolationis, quæ dicta eſt à Daniele propheta, ſtantem in loco ſancto: qui legit, intelligat: tunc qui in Iudæa ſunt, fugiant ad montes: qui in tecto, non deſcendat ut tollat quicquam de domo ſua: & qui in agro, non reuertatur ut tollat ueſtes ſuas. Væ autem prægnantibus & lactantibus in illis diebus. Orate autem, ut non fiat fuga ueſtra hyeme, neꝫ ſabbato. Erit enim tunc afflictio magna, qualis non fuit ab initio mundi ad hoc uſque tempus, neque fiet. Et niſi decurtati fuiſſent dies illi, non fieret ſalua omnis caro: ſed propter electos decurtabuntur dies illi. Tunc ſi quis uobis dixerit, Ecce hic Chriſtus, aut illic, nolite credere. Surgent enim pſeudochriſti & pſeudoprophetæ, & dabunt ſigna magna & prodigia, ita ut in errorem inducantur, ſi fieri poſsit, etiam electi. Ecce prædixi uobis. Si ergo dixerint uobis, Ecce in deſerto eſt: nolite exire. Ecce in penetralibus: nolite credere. Sicut enim fulgur exit ab oriente, & apparet uſque in occidentem: ita erit aduentus filij hominis. Vbicunque enim fuerit cadauer, illic congregabuntur & aquilæ. Statim autem poſt afflictionē dierum illorum ſol obſcurabitur, & luna non dabit lumen ſuum, & ſtellæ cadent de cœlo, & uirtutes cœlorum commouebuntur: & tunc apparebit ſignum filij hominis in cœlo: & tunc plangent omnes tribus terræ, & uidebūt filium hominis uenientem in nubibus cœli cum uirtute & gloria multa. Et mittet angelos ſuos cum tubæ uoce magna, & congregabunt electos eius à quatuor uentis, à ſummis cœlorum uſque ad terminos eorum. Ab arbore autem fici diſcite ſimilitudinem: quum iam ramus eius tener fuerit, & folia fuerint enata, ſcitis quòd prope ſit æſtas. Ita & uos, quum uideritis hæc omnia, ſcitote quòd prope ſit in foribus. Amen dico uobis, non præteribit ætas hæc, donec omnia

νη πρὸὶ δ᾽ ἡμέρας ⊂ ὥρας. νθ πρὸὶ τ᾽ δέκα παρθένων.

ταῦτα γένηται. ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσον-
σξ ται. οἱ δὲ λόγοι μου οὐ μὴ παρέλθωσι. *περὶ δὲ νη
ς τῆς ἡμέρας ἐκείνης καὶ τῆς ὥρας οὐδεὶς οἶδεν, οὐδὲ οἱ ἄγγελοι τῶν οὐρανῶν, εἰ μὴ ὁ πατήρ μου μό-
σξα νος. *ὥσπερ δὲ αἱ ἡμέραι τοῦ Νῶε, οὕτως ἔσται
ε καὶ ἡ παρουσία τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου. ὥσπερ γὰρ ἦσαν ἐν ταῖς ἡμέραις, ταῖς πρὸ τοῦ κατα-
κλυσμοῦ, τρώγοντες καὶ πίνοντες, γαμοῦντες, καὶ ἐκγαμίζοντες, ἄχρι ἧς ἡμέρας εἰσῆλ-
θεν Νῶε εἰς τὴν κιβωτόν. καὶ οὐκ ἔγνωσαν, ἕως ἦλθεν ὁ κατακλυσμὸς, καὶ ἦρεν ἅπαντας, οὕτως
σξβ ἔσται καὶ ἡ παρουσία τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου. *τό-
τε δύο ἔσονται ἐν τῷ ἀγρῷ, ὁ εἷς παραλαμβάνε-
ται, καὶ ὁ εἷς ἀφίεται. δύο ἀλήθουσαι ἐν τῷ μύ-
λωνι, μία παραλαμβάνεται, καὶ μία ἀφίεται.
σξγ *γρηγορεῖτε οὖν, ὅτι οὐκ οἴδατε ποίᾳ ὥρᾳ ὁ κύ-
ς ριος ὑμῶν ἔρχεται. *ἐκεῖνο δὲ γινώσκετε, ὅτι εἰ
σξδ ἤδει ὁ οἰκοδεσπότης, ποίᾳ φυλακῇ ὁ κλέπτης ἔρ-
β χεται, ἐγρηγόρησεν ἄν, καὶ οὐκ ἂν εἴασε διορυχθῆ-
ναι τὴν οἰκίαν αὐτοῦ. διὰ τοῦτο καὶ ὑμεῖς γίνεσθε
ἕτοιμοι, ὅτι ᾗ ὥρᾳ οὐ δοκεῖτε, ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου
σξε ἔρχεται. *τίς ἄρα ἐστὶν ὁ πιστὸς δοῦλος καὶ φρό-
ε νιμος, ὃν κατέστησεν ὁ κύριος ἐπὶ τῆς θεραπείας
αὐτοῦ, τοῦ δοῦναι αὐτοῖς τὴν τροφὴν ἐν καιρῷ;
σξς *μακάριος ὁ δοῦλος ἐκεῖνος, ὃν ἐλθὼν ὁ κύριος
ε αὐτοῦ, εὑρήσει ποιοῦντα οὕτως. ἀμὴν λέγω ὑμῖν,
ὅτι ἐπὶ πᾶσι τοῖς ὑπάρχουσιν αὐτοῦ καταστήσει
σξζ αὐτόν. *ἐὰν δὲ εἴπῃ ὁ κακὸς δοῦλος ἐκεῖνος ἐν
ζ τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ, χρονίζει ὁ κύριός μου ἐλθεῖν, καὶ
ἄρξηται τύπτειν τοὺς συνδούλους, ἐσθίειν δὲ καὶ πί-
νειν μετὰ τῶν μεθυόντων, ἥξει ὁ κύριος τοῦ δούλου
ἐκείνου ἐν ἡμέρᾳ, ᾗ οὐ προσδοκᾷ, καὶ ἐν ὥρᾳ ᾗ οὐ γι-
νώσκει, καὶ διχοτομήσει αὐτὸν, καὶ τὸ μέρος αὐτοῦ
μετὰ τῶν ὑποκριτῶν θήσει. ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς ⊂
σξη ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων. *τότε ὁμοιωθήσεται ἡ βα- νθ
ι σιλεία τῶν οὐρανῶν δέκα παρθένοις, αἵτινες λα-
βοῦσαι τὰς λαμπάδας αὐτῶν, ἐξῆλθον εἰς ἀπάντη-
σιν τοῦ νυμφίου. ὡσὶ δὲ πέντε ἐξ αὐτῶν μω-
ραὶ, καὶ αἱ ὡσὶ φρόνιμοι. αἵτινες μωραὶ λαβοῦ-
σαι τὰς λαμπάδας ἑαυτῶν, οὐκ ἔλαβον μεθ᾽ ἑαυ-
τῶν ἔλαιον. αἱ δὲ φρόνιμοι ἔλαβον ἔλαιον ἐν τοῖς
ἀγγείοις αὐτῶν μετὰ τῶν λαμπάδων. χρονίζοντος
δὲ τοῦ νυμφίου, ἐνύσταξαν πᾶσαι καὶ ἐκάθευδον.
μέσης δὲ νυκτὸς κραυγὴ γέγονεν, ἰδοὺ ὁ νυμφίος
ἔρχεται, ἐξέρχεσθε εἰς ἀπάντησιν αὐτοῦ. τότε ἠγέρ-
θησαν πᾶσαι αἱ παρθένοι ἐκεῖναι, καὶ ἐκόσμησαν
τὰς λαμπάδας αὐτῶν. αἱ δὲ μωραὶ ταῖς φρονί-
μοις εἶπον, δότε ἡμῖν ἐκ τοῦ ἐλαίου ὑμῶν, ὅτι αἱ
λαμπάδες ἡμῶν σβέννυνται. ἀπεκρίθησαν αἱ φρό-
νιμοι, λέγουσαι. μήποτε οὐκ ἀρκέσῃ ἡμῖν καὶ ὑμῖν, πο-
ρεύεσθε δὲ μᾶλλον πρὸς τοὺς πωλοῦντας, ⊂ ἀγοράσα-
τε ἑαυτοῖς. ἀπερχομένων δὲ αὐτῶν ἀγοράσαι, ἦλθεν
ὁ νυμ-

ista fiant. Cœlum & terra præteribunt, uerba autem mea non præteribunt. Cæterum de die illo & hora nemo scit, ne angeli quidem cœlorum, nisi pater meus solus. Sed sicut erant dies Noe, ita erit & aduentus filij hominis. Sicut enim erãt in diebus, qui præcesserunt diluuium, edentes & bibẽtes, contrahentes matrimonium, & nuptum dãtes, usque ad eum diem quo intrauit Noe in arcam: & non cognouerũt, donec uenisset diluuium, & sustulisset uniuersos: ita erit & aduentus filij hominis. Tunc duo erunt in agro, unus assumitur, & alter relinquitur. Duæ molentes in mola, una assumitur, & altera relinquitur. Vigilate ergo, quia nescitis qua hora dominus uester uenturus sit. Illud autem scitote, si sciisset paterfamilias, qua hora fur uenturus fuisset, uigilasset utique, & non siuisset perfodi domum suam. Ideo & uos estote parati: quia qua hora nõ putatis, ea filius hominis uẽturus est. Quisnam est fidelis seruus & prudẽs, quem præfecit dominus famulitio suo, ut det illis cibũ in tempore? Beatus seruus ille, quem quum uenerit dominus eius, inuenerit sic facientem. Amen dico uobis, super omnia bona sua constituet eum. Quod si dixerit seruus ille malus in corde suo, cunctatur dominus meus uenire, cœperitq; percutere conseruos, imò edere & bibere cum ebrijs, ueniet dominus serui illius in die quo nõ expectat, & hora qua ignorat, & dissecabit eum, partemq; eius ponet cũ hypocritis, illic erit plo ratus & stridor dentium. Tunc simile xxv
νθ fiet regnum cœlorũ decem uirginibus, quæ sumptis lampadibus suis, exierunt in occursum sponso. Quinq; autem ex eis erant fatuæ, & quinq; prudentes. Quæ erant fatuæ acceptis lampadibus suis, non sumpserant oleum secum. Prudentes uero sumpserant oleum in uasis suis unà cum lampadibus. Tardante uero sponso, dormitauerunt omnes, ac dormierunt. Porrò medio noctis clamor factus est, Ecce sponsus uenit, exite obuiam ei. Tunc surrexerunt omnes uirgines illæ, & apparauerunt lampades suas. Fatuæ autem prudẽtibus dixerunt, Date nobis de oleo uestro, quia lãpades nostræ extinguuntur. At respõderunt prudentes dicentes, Ne quaquã, ne non sufficiat nobis & uobis: sed ite potius ad eos qui uendunt, & emite uobisipsis. Porrò dum irent emptum, uenit

sponsus

ὁ νυμφίος, καὶ αἱ ἕτοιμοι εἰσῆλθον μετ' αὐτοῦ εἰς τοὺς γάμους, καὶ ἐκλείσθη ἡ θύρα. ὕστερον δὲ ἔρχονται καὶ αἱ λοιπαὶ παρθένοι, λέγουσαι. κύριε, κύριε, ἄνοιξον ἡμῖν. ὁ δὲ ἀποκριθεὶς, εἶπεν. ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐκ οἶδα ὑμᾶς. γρηγορεῖτε οὖν, ὅτι οὐκ οἴδατε τὴν ἡμέραν οὐδὲ τὴν ὥραν, ἐν ᾗ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἔρχεται. * ὥσπερ γὰρ ξ
σξθ β σō ε ἄνθρωπός τις ἀποδημῶν, * ἐκάλεσε τοὺς ἰδίους δούλους καὶ παρέδωκεν αὐτοῖς τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ, καὶ ᾧ μὲν ἔδωκε πέντε τάλαντα, ᾧ δὲ δύο, ᾧ δὲ ἕν, ἑκάστῳ κατὰ τὴν ἰδίαν δύναμιν, καὶ ἀπεδήμησεν εὐθέως. πορευθεὶς δὲ ὁ τὰ πέντε τάλαντα λαβὼν, εἰργάσατο ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐποίησεν ἄλλα πέντε τάλαντα. ὡσαύτως καὶ ὁ τὰ δύο, ἐκέρδησε καὶ αὐτὸς ἄλλα δύο. ὁ δὲ τὸ ἓν λαβὼν, ἀπελθὼν ὤρυξεν ἐν τῇ γῇ, καὶ ἀπέκρυψε τὸ ἀργύριον τοῦ κυρίου αὐτοῦ. μετὰ δὲ χρόνον πολὺν ἔρχεται ὁ κύριος τῶν δούλων ἐκείνων, καὶ συναίρει μετ' αὐτῶν λόγον. καὶ προσελθὼν ὁ τὰ πέντε τάλαντα λαβὼν, προσήνεγκεν ἄλλα πέντε τάλαντα, λέγων. κύριε, πέντε τάλαντά μοι παρέδωκας, ἴδε ἄλλα πέντε τάλαντα ἐκέρδησα ἐν αὐτοῖς. ἔφη δὲ αὐτῷ ὁ κύριος αὐτοῦ. εὖ δοῦλε ἀγαθὲ καὶ πιστὲ, ὀλίγα ἦς πιστός, ἐπὶ πολλῶν σε καταστήσω. εἴσελθε εἰς τὴν χαρὰν τοῦ κυρίου σου. προσελθὼν δὲ καὶ ὁ τὰ δύο τάλαντα λαβὼν, εἶπεν. κύριε, δύο τάλαντά μοι παρέδωκας, ἴδε ἄλλα δύο τάλαντα ἐκέρδησα ἐπ' αὐτοῖς. ἔφη αὐτῷ ὁ κύριος αὐτοῦ. εὖ δοῦλε ἀγαθὲ καὶ πιστὲ, ὀλίγα ἦς πιστός, ἐπὶ πολλῶν σε καταστήσω. εἴσελθε εἰς τὴν χαρὰν τοῦ κυρίου σου. προσελθὼν δὲ καὶ ὁ τὸ ἓν τάλαντον λαβὼν, εἶπεν. κύριε, ἔγνων σε ὅτι αὐστηρός εἶ ἄνθρωπος, θερίζων ὅπου οὐκ ἔσπειρας, καὶ συνάγων ὅθεν οὐ διεσκόρπισας, καὶ φοβηθεὶς ἀπελθὼν ἔκρυψα τὸ τάλαντόν σου ἐν τῇ γῇ, ἴδε ἔχεις τὸ σόν. ἀποκριθεὶς δὲ ὁ κύριος αὐτοῦ, εἶπεν αὐτῷ. πονηρὲ δοῦλε καὶ ὀκνηρὲ, ᾔδεις ὅτι θερίζω ὅπου οὐκ ἔσπειρα, καὶ συνάγω ὅθεν οὐ διεσκόρπισα, ἔδει οὖν σε βαλεῖν τὸ ἀργύριόν μου τοῖς τραπεζίταις, καὶ ἐλθὼν ἐγὼ ἐκομισάμην ἂν τὸ ἐμὸν σὺν τόκῳ. ἄρατε οὖν ἀπ' αὐτοῦ τὸ τάλαντον, καὶ δότε τῷ ἔχοντι
σοᾱ τὰ δέκα τάλαντα. * τῷ γὰρ ἔχοντι παντὶ δο-
ε θήσεται, καὶ περισσευθήσεται. ἀπὸ δὲ τοῦ μὴ ἔ-
σοβ χοντος, καὶ ὃ ἔχει ἀρθήσεται ἀπ' αὐτοῦ. * καὶ τὸν
ε ἀχρεῖον δοῦλον ἐκβάλετε εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώ-
τερον. ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τ̃ ὀδόν-
σογ τ̃ν. * ὅτ' ἂν δὲ ἔλθῃ ὁ υἱὸς τ̃ ἀνθρώπου ἐν τῇ δόξῃ
ι αὐτοῦ, καὶ πάντες οἱ ἅγιοι ἄγγελοι μετ' αὐτοῦ, τότε καθίσει ἐπὶ θρόνου δόξης αὐτοῦ, καὶ συναχθήσεται ἔμπροσθεν αὐτοῦ πάντα τὰ ἔθνη, καὶ ἀφο-
ριεῖ

sponsus:& quæ paratæ erãt,intrauerunt cũ eo ad nuptias,clausaq; est ianua.Postea uero ueniunt & reliquæ uirgines,dicẽtes:Domine,domine,aperi nobis.At ille respõdens ait,Amen dico uobis,non noui uos. Vigilate itaq;,quia nescitis diem neq; horã in qua filius hominis ueniet.Sicut enim homo qui dam peregre proficiscens,uocauit seruos suos,& tradidit illis bona sua,& huic quidem dedit quinq; talenta,alij autẽ duo,alij uero unum:unicuiq; secundũ propriam facultatem,& profectus est statim.Abijt autẽ qui quinq; talenta acceperat,& negociatus est per ea,& cõfecit altera quinq; talenta.Similiter & qui duo acceperat,lucratus est & ipse altera duo.Qui autem unum acceperat, abiens fodit in terram,& abscõdit pecuniã domini sui.Post multũ uero temporis uenit dominus seruorũ illorũ,& ponit rationem cum eis.Et accedens is qui quinq; talẽta acceperat,attulit altera quinq; talenta,dicens: Domine,quinq; talẽta tradidisti mihi,ecce altera quinq; talẽta lucratus sum per ea.Ait illi dominus eius,Euge serue bone & fidelis,super pauca fuisti fidelis,super multa te constituã:intra in gaudium domini tui.Accedens autẽ & qui duo talenta acceperat,ait:Domine,duo talẽta tradidisti mihi,ecce alia duo lucratꝰ sum per ea.Ait illi dominus eius,Euge serue bone & fidelis, super pauca fuisti fidelis,super multa te constituã:intra in gaudiũ domini tui.Accedens autẽ & qui unũ talentũ acceperat,ait:Domine,noueram te quod homo durus sis,metens ubi non seminasti,& inde congregans ubi non sparsisti:ac territus abij,abscondiq; talẽtum tuum in terra:ecce habes quod tuũ est. Respondens autẽ dominus eius dixit ei:Serue male & piger,sciebas quod metam ubi non seminaui,& congregẽ illinc ubi non sparsi: Oportuit ergo te cõmittere pecuniã meam mensarijs,& ueniens ego recepissem utiq; quod meum est cum usura.Tollite itaq; ab eo talentũ,& date ei qui habet decẽ talenta. Omni enim habenti dabitur,& abundabit. Qui uero non habet,etiã id quod habet auferetur ab eo.Et inutilem seruũ eijcite in tenebras exteriores:illic erit fletus & stridor ξᾱ dentiũ.Quum aũt uenerit filius hominis in gloria sua,& omnes sancti angeli cum eo, tunc sedebit super sedem gloriæ suæ,& congregabuntur ante eum omnes gentes,& se-

ρειᾶ αὐτοῦ ἀπ' ἀλλήλων, ὥσπερ ὁ ποιμὴν ἀφορίζει τὰ πρόβατα ἀπὸ τῶν ἐρίφων, καὶ στήσει τὰ μὲν πρόβατα ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ, τὰ δὲ ἐρίφια ἐξ ἀριστερῶν. τότε ἐρεῖ ὁ βασιλεὺς τοῖς ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ. δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. ἐπείνασα γὰρ καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν. ἐδίψησα, καὶ ἐποτίσατέ με. ξένος ἤμην, καὶ συνηγάγετέ με. γυμνός, καὶ περιεβάλετέ με. ἠσθένησα, καὶ ἐπεσκέψασθέ με. ἐν φυλακῇ ἤμην, καὶ ἤλθετε πρός με. τότε ἀποκριθήσονται αὐτῷ οἱ δίκαιοι, λέγοντες. κύριε, πότε σε εἴδομεν πεινῶντα καὶ ἐθρέψαμεν, ἢ διψῶντα καὶ ἐποτίσαμεν; πότε δέ σε εἴδομεν ξένον, καὶ συνηγάγομεν; ἢ γυμνὸν καὶ περιεβάλομεν; πότε δὲ σε εἴδομεν ἀσθενῆ, ἢ ἐν φυλακῇ, καὶ ἤλθομεν πρός σε; καὶ ἀποκριθεὶς ὁ βασιλεὺς ἐρεῖ αὐτοῖς. ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐφ' ὅσον ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων τῶν ἀδελφῶν μου τῶν ἐλαχίστων, ἐμοὶ ἐποιήσατε. τότε ἐρεῖ καὶ τοῖς ἐξ ἀριστερῶν. πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ οἱ κατηραμένοι εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ. ἐπείνασα γάρ, καὶ οὐκ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν. ἐδίψησα, καὶ οὐκ ἐποτίσατέ με. ξένος ἤμην, καὶ οὐ συνηγάγετέ με. γυμνός καὶ οὐ περιεβάλετέ με. ἀσθενὴς καὶ ἐν φυλακῇ, καὶ οὐκ ἐπεσκέψασθέ με. τότε ἀποκριθήσονται αὐτῷ καὶ αὐτοὶ λέγοντες. κύριε, πότε σε εἴδομεν πεινῶντα, ἢ διψῶντα, ἢ ξένον, ἢ γυμνόν, ἢ ἀσθενῆ, ἢ ἐν φυλακῇ, καὶ οὐ διηκονήσαμέν σοι; τότε ἀποκριθήσεται αὐτοῖς, λέγων. ἀμὴν λέγω ὑμῖν ἐφ' ὅσον οὐκ ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων τῶν ἐλαχίστων, οὐδὲ ἐμοὶ ἐποιήσατε. καὶ ἀπελεύσονται οὗτοι εἰς κόλασιν αἰώνιον, οἱ δὲ δίκαιοι εἰς ζωὴν αἰώνιον. σοδ α *καὶ ἐγένετο, ὅτε ἐτέλεσεν ὁ ἰησοῦς πάντας τοὺς λόγους τούτους, εἶπεν τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ. οἴδατε ὅτι μετὰ δύο ἡμέρας τὸ πάσχα γίνεται καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοται εἰς τὸ σταυρωθῆναι. σοε ε *τότε συνήχθησαν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ γραμματεῖς, καὶ οἱ πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ εἰς τὴν αὐλὴν τοῦ ἀρχιερέως, τοῦ λεγομένου καϊάφα. καὶ συνεβουλεύσαντο, ἵνα τὸν ἰησοῦν κρατήσωσι δόλῳ, καὶ ἀποκτείνωσιν. ἔλεγον δέ, μὴ ἐν τῇ ἑορτῇ, ἵνα μὴ θόρυβος γένηται ἐν τῷ λαῷ. σοϛ α *τοῦ δὲ ἰησοῦ γενομένου ἐν βηθανίᾳ ἐν οἰκίᾳ σίμωνος τοῦ λεπροῦ, προσῆλθεν αὐτῷ γυνὴ ἀλάβαστρον μύρου ἔχουσα βαρυτίμου, καὶ κατέχεεν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ ἀνακειμένου. ἰδόντες δὲ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἠγανάκτησαν, λέγοντες. εἰς τί ἡ ἀπώλεια αὕτη; ἠδύνατο γὰρ τοῦτο τὸ μύρον πραθῆναι πολλοῦ, καὶ δοθῆναι πτωχοῖς. γνοὺς δὲ ὁ ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς. τί κόπους

parabit eos, alteros ab alteris, ſicut paſtor ſegregat oues ab hœdis: & ſtatuet oues quidem à dextris ſuis, hœdos autem à ſiniſtris. Tunc dicet rex his qui à dextris ſibi erunt, Venite benedicti patris mei, poſsidete regnum paratū uobis ab exordio mundi. Eſuriui enim, & dediſtis mihi edere. Sitiui, & dediſtis mihi bibere. Hoſpes eram, & collegiſtis me. Nudus, & operuiſtis me. Infirmus, & uiſitaſtis me. In carcere eram, & ueniſtis ad me. Tunc reſpondebunt ei iuſti, dicentes: Domine, quãdo te uidimus eſurientem, & pauimus: aut ſitientem, & dedimus tibi potum? Quando autem te uidimus hoſpitem, & collegimus te: aut nudum, & cooperuimus te: aut quando te uidimus infirmum, aut in carcere, & uenimus ad te? Et reſpondens rex dicit illis, Amen dico uobis, quatenus feciſtis uni de his fratribus meis minimis, mihi feciſtis. Tunc dicet & his qui à ſiniſtris erunt: Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Eſuriui enim, & non dediſtis mihi cibum. Sitiui, & non dediſtis mihi potum. Hoſpes eram, & nõ collegiſtis me. Nudus, & nõ operuiſtis me. Infirmus, & in carcere eram, & non uiſitaſtis me. Tunc reſpõdebunt ei & ipſi, dicentes: Domine, quando te uidimus eſurientem, aut ſitiẽtem, aut hoſpitem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere, & non miniſtrauimus tibi? Tunc reſpondebit illis, dicens: Amẽ dico uobis, quatenus nõ feciſtis uni de minimis his, nec mihi feciſtis. Et ibunt hi in ſupplicium æternũ, iuſti uero in uitam æternam. XXVI Et factũ eſt quũ conſummaſſet Ieſus ſermones hos omnes, dixit diſcipulis ſuis: Scitis quòd poſt biduum paſcha fit, & filius hominis tradiẽ ut crucifigatur. Tunc congregati ſunt principes ſacerdotum & ſcribę & ſeniores populi in atrium principis ſacerdotum, qui dicebatur Caiapha: & cõſilium inierunt, ut Ieſum dolo caperent, & occiderent. Dicebant aũt, ξϛ Non in die feſto, ne tumultus fiat in populo. Quum autem Ieſus eſſet in Bethania in domo Simonis leproſi, acceſsit ad eum mulier habens alabaſtrum unguẽti precioſi, & effudit ſuper caput ipſius recumbentis. Videntes aũt diſcipuli indignati ſunt, dicẽtes, Ad quid perditio hęc? Potuit enim iſtud unguentum uenundari magno & dari pauperibus. Eo autẽ cognito, Ieſus ait illis, Quid moleſti

κόπους παρέχετε τῇ γυναικί; ἔργον γὰρ καλὸν
εἰργάσατο εἰς ἐμέ. πάντοτε γὰρ τοὺς πτωχοὺς
ἔχετε μεθ' ἑαυτῶν, ἐμὲ δὲ οὐ πάντοτε ἔχετε.
σοζ * βαλοῦσα γὰρ αὕτη τὸ μύρον τοῦτο ἐπὶ τοῦ σώμα-
δ τός μου, πρὸς τὸ ἐνταφιάσαι με ἐποίησεν. ἀμὴν
λέγω ὑμῖν, ὅπου ἐὰν κηρυχθῇ τὸ εὐαγγέλιον τοῦτο
ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ, λαληθήσεται καὶ ὃ ἐποίησεν
σοη αὕτη εἰς μνημόσυνον αὐτῆς. * τότε πορευθεὶς εἷς
β τῶν δώδεκα, ὁ λεγόμενος ἰούδας ὁ ἰσκαριώτης,
πρὸς τοὺς ἀρχιερεῖς, εἶπεν. τί θέλετέ μοι δοῦναι,
κἀγὼ ὑμῖν παραδώσω αὐτόν; οἱ δὲ ἔστησαν αὐ-
τῷ τριάκοντα ἀργύρια. καὶ ἀπὸ τότε ἐζήτει εὐ-
καιρίαν ἵνα αὐτὸν παραδῷ. τῇ δὲ πρώτῃ
τῶν ἀζύμων προσῆλθον οἱ μαθηταὶ τῷ ἰησοῦ, λέ-
γοντες αὐτῷ, ποῦ θέλεις ἑτοιμάσωμέν σοι φαγεῖν
τὸ πάσχα; ὁ δὲ ἔφη. ὑπάγετε εἰς τὴν πόλιν
πρὸς τὸν δεῖνα, καὶ εἴπατε αὐτῷ. ὁ διδάσκαλος
λέγει, ὁ καιρός μου ἐγγύς ἐστιν, πρός σε ποιῶ τὸ πά-
σχα μετὰ τῶν μαθητῶν μου. καὶ ἐποίησαν οἱ μα-
θηταὶ ὡς συνέταξεν αὐτοῖς ὁ ἰησοῦς, καὶ ἡτοίμα-
σοθ σαν τὸ πάσχα. * ὀψίας δὲ γενομένης, ἀνέκειτο
δ μετὰ τῶν δώδεκα. καὶ ἐσθιόντων αὐτῶν, ἔφη.
ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι εἷς ἐξ ὑμῶν παραδώσει με.
σωᾱ * καὶ λυπούμενοι σφόδρα, ἤρξαντο λέγειν αὐτῷ
α ἕκαστος αὐτῶν. μήτι ἐγώ εἰμι κύριε; * ὁ δὲ ἀπο-
σπᾱ κριθεὶς, ἔφη. ὁ ἐμβαψας μετ' ἐμοῦ ἐν τῷ τρυ-
β βλίῳ τὴν χεῖρα, οὗτός με παραδώσει. ὁ μὲν υἱὸς
σπβ τοῦ ἀνθρώπου ὑπάγει. καθὼς γέγραπται περὶ
αὐτοῦ. * οὐαὶ δὲ τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ δι' οὗ ὁ υἱὸς
ς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοται. καλὸν ἦν αὐτῷ, εἰ
σωγ οὐκ ἐγεννήθη ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος. * ἀποκρι-
ι θεὶς δὲ ἰούδας ὁ παραδιδοὺς αὐτὸν, ἔφη. μήτι
σωδ ἐγώ εἰμι, ῥαββεί; λέγει αὐτῷ, σὺ εἶπας. * ἐσθι-
α όντων δὲ αὐτῶν, λαβὼν ὁ ἰησοῦς τὸν ἄρτον, καὶ
εὐχαριστήσας, ἔκλασεν καὶ ἐδίδου τοῖς μαθη-
ταῖς, καὶ εἶπεν. λάβετε, φάγετε, τοῦτό ἐστι τὸ
σωε σῶμά μου. * καὶ λαβὼν τὸ ποτήριον καὶ εὐχα-
β ριστήσας, ἔδωκεν αὐτοῖς λέγων. πίετε ἐξ αὐτοῦ
πάντες. τοῦτο γάρ ἐστι τὸ αἷμά μου τὸ τῆς καινῆς
διαθήκης, τὸ περὶ πολλῶν ἐκχυνόμενον εἰς ἄφεσιν
σωϛ ἁμαρτιῶν. * λέγω δὲ ὑμῖν, οὐ μὴ πίω ἀπ' ἄρτι
ς ἐκ τούτου τοῦ γενήματος τῆς ἀμπέλου ἕως τῆς
ἡμέρας ἐκείνης, ὅτ' αὐτὸ πίνω μεθ' ὑμῶν καινὸν
ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ πατρός μου. καὶ ὑμνήσα-
σωζ αντες, ἐξῆλθον εἰς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν. * τότε
δ λέγει αὐτοῖς ὁ ἰησοῦς. πάντες ὑμεῖς σκανδαλι-
σωη σθήσεσθε ἐν ἐμοὶ ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ. * γέγραπται
ς γάρ, πατάξω τὸν ποιμένα, καὶ διασκορπισθήσε-
ται τὰ πρόβατα τῆς ποίμνης. μετὰ δὲ τὸ ἐγερθῆ-
σπθ ναί με, προάξω ὑμᾶς εἰς τὴν γαλιλαίαν. * ἀπο-
α κριθεὶς δὲ ὁ πέτρος ἔφη αὐτῷ. εἰ καὶ πάντες
σκανδαλισθήσονται ἐν σοι, ἐγὼ δὲ οὐδέποτε
σκανδα-

moleſti eſtis mulieri? Opus enim bonũ ope
rata eſt erga me. Nam ſemper pauperes ha
betis uobiſcũ, me uero non ſemper habetis.
Quod enim hæc unguentũ hoc miſit ſuper
corpus meum, ad ſepeliendũ me fecit. Amẽ
dico uobis, ubicũq; prædicatum fuerit hoc
euangelium in toto mũdo, hoc quoq; quod
hæc fecit narrabitur in memoriam ipſius.
Tũc abiit unus de duodecim, qui dicebatur
Iudas Iſcariotes, ad principes ſacerdotũ, &
ait illis, Quid uultis mihi dare, & ego uobis
tradam illum? At illi conſtituerũt ei triginta
ξζ̄ argenteos. Et ex eo tempore quęrebat opor
tunitatem ut eum traderet. Cęterum primo
die azymorũ acceſſerũt diſcipuli ad Ieſum,
dicentes ei, Vbi uis paremus tibi ad edendũ
paſcha? At ille dixit, Ite in ciuitatẽ ad quen
dam, & dicite ei: Magiſter dicit, Tempus
meum prope eſt, apud te facio paſcha cum
diſcipulis meis. Et fecerũt diſcipuli ſicut cõ
ſtituit illis Ieſus, & parauerunt paſcha. Ve
ſpere aũt facto, diſcũbebat cum duodecim:
& edentibus illis dixit, Amen dico uobis, q̃
unus ueſtrum me proditurus eſt. Et mœſti
redditi uehementer, cœperũt ſinguli dicere
ei, Num ego ſum domine? At ipſe reſpon
dens ait, Qui intinxit mecum manum in ca
tino, hic me proditurus eſt. Filius quidẽ ho
minis uadit, ſicut ſcriptum eſt de illo, Vę au
tem homini illi, per quẽ filius hominis pro
ditur: bonum erat ei, ſi natus non fuiſſet ho
mo ille. Reſpondens autẽ Iudas qui tradidit
ξθ̄ eum, dixit, Num ego ſum, rabbi? Ait illi, Tu
dixiſti. Veſcẽtibus autem eis, accepit Ieſus
panem, & quum egiſſet gratias, fregit, de
ditq; diſcipulis, & ait, Accipite, comedite,
hoc eſt corpus meũ. Et accepto poculo, gra
tijs actis, dedit illis, dicens, Bibite ex hoc om
nes: hic eſt enim ſanguis meus, qui eſt noui
teſtamenti, qui pro multis effunditur in re
miſsionem peccatorũ. Dico aũt uobis, non
bibã poſthac ex hoc fructu uitis uſq; in diẽ
illum, quum illud bibam uobiſcũ nouum in
regno patris mei. Et quum hymnũ cecini
ſſent, exierũt in montem oliuarũ. Tunc dicit
illis Ieſus, Omnes uos offendiculũ patiemi
ni mea cauſa in nocte hac. Scriptũ eſt enim,
Percutiam paſtorem, & diſpergentur oues
gregis. Poſtquam autem reſurrexero, præ
cedam uos in Galilæam. Reſpondens au
tem Petrus, ait illi, Et ſi omnes offendiculũ
paſsi fuerint tua cauſa, ego tamen nũquam

σκανδαλισθήσομαι. ἔφη αὐτῷ ὁ ἰησοῦς, ἀμὴν λέγω σοι, ὅτι ἐν ταύτῃ τῇ νυκτὶ πρὶν ἀλέκτορα φωνῆσαι, τρὶς ἀπαρνήσῃ με. *λέγει αὐτῷ ὁ πέτρος. καὶ ἐὰν δέῃ με σὺν σοὶ ἀποθανεῖν, οὐ μή σε ἀπαρνήσομαι. ὁμοίως καὶ πάντες οἱ μαθηταὶ εἶπον. *τότε ἔρχεται μετ' αὐτῶν ὁ ἰησοῦς εἰς χωρίον λεγόμενον γεθσημανῆ, ϗ λέγει τοῖς μαθηταῖς. *καθίσατε αὐτοῦ ἕως οὗ ἀπελθὼν προσεύξωμαι ἐκεῖ. καὶ παραλαβὼν τὸν πέτρον καὶ τοὺς δύο υἱοὺς ζεβεδαίου, ἤρξατο λυπεῖσθαι ϗ ἀδημονεῖν. *τότε λέγει αὐτοῖς ὁ ἰησοῦς. περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου ἕως θανάτου, μείνατε ὧδε καὶ γρηγορεῖτε μετ' ἐμοῦ. *καὶ προελθὼν μικρὸν ἔπεσεν ἐπὶ πρόσωπον αὐτοῦ προσευχόμενος, καὶ λέγων. πάτερ μου, εἰ δυνατόν ἐστιν, παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο. *πλὴν οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὡς σύ. *καὶ ἔρχεται πρὸς τοὺς μαθητὰς, καὶ εὑρίσκει αὐτοὺς καθεύδοντας, καὶ λέγει τῷ πέτρῳ. οὕτως οὐκ ἰσχύσατε μίαν ὥραν γρηγορῆσαι μετ' ἐμοῦ; γρηγορεῖτε καὶ προσεύχεσθε, ἵνα μὴ εἰσέλθητε εἰς πειρασμόν. *τὸ μὲν πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενής. *πάλιν ἐκ δευτέρου ἀπελθὼν, προσηύξατο λέγων. πάτερ μου, εἰ οὐ δύναται τοῦτο τὸ ποτήριον παρελθεῖν ἀπ' ἐμοῦ, ἐὰν μὴ αὐτὸ πίω, γενηθήτω τὸ θέλημά σου. καὶ ἐλθὼν, εὑρίσκει αὐτοὺς πάλιν καθεύδοντας, ἦσαν γὰρ αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοὶ βεβαρημένοι. ϗ ἀφεὶς αὐτοὺς, ἀπελθὼν πάλιν, προσηύξατο ἐκ τρίτου τὸν αὐτὸν λόγον εἰπών. *τότε ἔρχεται πρὸς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, καὶ λέγει αὐτοῖς. καθεύδετε τὸ λοιπὸν ϗ ἀναπαύεσθε, ἰδοὺ ἤγγικεν ἡ ὥρα, καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοται εἰς χεῖρας ἁμαρτωλῶν. ἐγείρεσθε, ἄγωμεν, ἰδοὺ ἤγγικεν ὁ παραδιδούς με. *ϗ ἔτι αὐτοῦ λαλοῦντος, ἰδοὺ ἰούδας εἷς τῶν δώδεκα ἦλθεν, καὶ μετ' αὐτοῦ ὄχλος πολὺς μετὰ μαχαιρῶν καὶ ξύλων ἀπὸ τῶν ἀρχιερέων καὶ πρεσβυτέρων τοῦ λαοῦ. *ὁ δὲ παραδιδοὺς αὐτὸν, ἔδωκεν αὐτοῖς σημεῖον λέγων, ὃν ἂν φιλήσω, αὐτός ἐστιν, κρατήσατε αὐτόν. ϗ εὐθέως προσελθὼν τῷ ἰησοῦ, εἶπεν. χαῖρε ῥαββεί. ϗ κατεφίλησεν αὐτόν. ὁ δὲ ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ. ἑταῖρε, ἐφ' ὃ πάρει; τότε προσελθόντες ἐπέβαλον τὰς χεῖρας ἐπὶ τὸν ἰησοῦν καὶ ἐκράτησαν αὐτόν. *καὶ ἰδοὺ εἷς τῶν μετὰ ἰησοῦ, ἐκτείνας τὴν χεῖρα, ἀπέσπασε τὴν μάχαιραν αὐτοῦ, ϗ πατάξας τὸν δοῦλον τοῦ ἀρχιερέως, ἀφεῖλεν αὐτοῦ τὸ ὠτίον. *τότε λέγει αὐτῷ ὁ ἰησοῦς. ἀπόστρεψόν σου τὴν μάχαιραν εἰς τὸν τόπον αὐτῆς. πάντες γὰρ οἱ λαμβάνοντες μάχαιραν, ἐν μαχαίρᾳ ἀπολοῦνται. ἢ δοκεῖς ὅτι δύναμαι ἄρτι παρακαλέσαι τὸν πατέρα μου, ϗ παραστήσει μοι πλείους ἢ δώδεκα λεγεῶνας ἀγγέλων; πῶς οὖν πληρωθῶσιν αἱ γραφαὶ, ὅτι οὕτως δεῖ γενέσθαι. *ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ εἶπεν ὁ ἰησοῦς τοῖς ὄχλοις, ὡς ἐπὶ λῃστὴν ἐξήλθετε

offendiculum patiar. Ait illi Iesus, Amen dico tibi, quòd in hac nocte antequam gallus cantet, ter me negabis. Ait illi Petrus, Etiam si oportuerit me mori tecum, non te negabo. Similiter & omnes discipuli dixerunt. Tunc uenit Iesus cum illis in uillam quæ dicitur Gethsemane, & dixit discipulis, Sedete hic donec uadam & orem illic. Et assumpto Petro & duobus filijs Zebedæi, cœpit affici dolore & mœstitudine. Tunc ait illis Iesus, Mœsta est anima mea usque ad mortem: manete hic & uigilate mecum. Et progressus pusillum, procidit in faciem suam, orans ac dicens, Pater mi, si possibile est, transeat à me calix iste: ueruntamen non sicut ego uolo, sed sicut tu. Et uenit ad discipulos, & reperit eos dormientes, & dicit Petro, Adeo non potuistis una hora uigilare mecum? Vigilate & orate, ut ne intretis in tentationẽ. Spiritus quidem promptus est, at caro infirma. Rursus altera uice abijt, & orauit, dicens, Pater mi, si non potest hoc poculum transire à me, nisi bibam illud, fiat uoluntas tua. Et uenit, & reperit eos iterũ dormientes. Erant enim oculi eorum grauati. Et relictis illis, iterum abijt, & orauit tertio, eundem sermonem dicens. Tunc uenit ad discipulos suos, & dicit illis, Dormite iam & requiescite, ecce appropinquauit hora, & filius hominis traditur in manus peccatorum. Surgite eamus, ecce appropinquauit qui me tradit. Adhuc eo loquente, ecce Iudas unus de numero duodecim uenit, & cũ eo turba multa cum gladijs & fustibus, missi à principibus sacerdotũ, & senioribus populi. Is uero qui ꝓdebat eũ, dedit illis signũ, dicens, Quẽcunq; osculatus fuero, ipse est, tenete eum. Et cõfestim accedens ad Iesum dixit, Aue rabbi. Et osculatus est eũ. Dixitq; illi Iesus, Amice, ad quid ades? Tũc accesserunt, & manus iniecerunt in Iesum, & ceperunt eum. Et ecce unus ex his qui erãt cum Iesu, extendens manũ, exemit gladiũ suum, & percutiens seruũ principis sacerdotũ, amputauit auriculã eius. Tũc ait illi Iesus, Conuerte gladiũ tuum in locum suum. Omnes enim qui acceperint gladiũ, gladio peribũt. An putas ꝙ non possum nunc rogare patrẽ meum, & exhibebit mihi plus q̃ duodecim legiones angelorũ? Quomodo ergo implebũtur scripturæ, ꝙ sic oportet fieri. In illa hora dixit Iesus turbis, Tãquam ad latronem

existis

ἐξῆλθετε μετὰ μαχαιρῶν, καὶ ξύλων συλλαβεῖν
με. καθ' ἡμέραν πρὸς ὑμᾶς ἐκαθιζόμην, διδάσ-
τε κων ἐν τῷ ἱερῷ, καὶ οὐκ ἐκρατήσατέ με. * τοῦτο
ς δὲ ὅλον γέγονεν, ἵνα πληρωθῶσιν αἱ γραφαὶ τῶν
προφητῶν. τότε οἱ μαθηταὶ πάντες, ἀφέντες
τς αὐτὸν ἔφυγον. * οἱ δὲ κρατήσαντες τὸν ἰησοῦν,
α ἀπήγαγον πρὸς καϊάφαν τὸν ἀρχιερέα, ὅπου οἱ
γραμματεῖς, καὶ οἱ πρεσβύτεροι συνήχθησαν.
τζ * ὁ δὲ πέτρος ἠκολούθει αὐτῷ ἀπὸ μακρόθεν
δ ἕως τῆς αὐλῆς τοῦ ἀρχιερέως. * καὶ εἰσελθὼν ἔ-
τη σω ἐκάθητο μετὰ τῶν ὑπηρετῶν ἰδεῖν τὸ τέλος.
β οἱ δὲ ἀρχιερεῖς, καὶ οἱ πρεσβύτεροι, καὶ τὸ συνέ-
δριον ὅλον ἐζήτουν ψευδομαρτυρίαν κατὰ τοῦ
ἰησοῦ ὅπως αὐτὸν θανατώσωσιν, καὶ οὐχ ηὗρον.
καὶ πολλῶν ψευδομαρτύρων προσελθόντων,
τθ οὐχ ηὗρον. * ὕστερον δὲ προσελθόντες δύο ψευ
ε δομάρτυρες, εἶπον. οὗτος ἔφη, δύναμαι κατα-
λύσαι τὸν ναὸν τοῦ θεοῦ, καὶ διὰ τριῶν ἡμερῶν
οἰκοδομῆσαι αὐτόν. καὶ ἀναστὰς ὁ ἀρχιερεὺς εἶ-
πεν αὐτῷ. οὐδὲν ἀποκρίνῃ; τί οὗτοί σου κατα-
μαρτυροῦσιν; ὁ δὲ ἰησοῦς ἐσιώπα. καὶ ἀποκρι-
θεὶς ὁ ἀρχιερεὺς εἶπεν αὐτῷ. ἐξορκίζω σε κατὰ
τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος, ἵνα ἡμῖν εἴπῃς, εἰ σὺ εἶ ὁ χρι-
στὸς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ. λέγει αὐτῷ ὁ ἰησοῦς, σὺ εἶ-
πας. * πλὴν λέγω ὑμῖν, ἀπ' ἄρτι ὄψεσθε τὸν
α υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου καθήμενον ἐκ δεξιῶν τῆς
δυνάμεως καὶ ἐρχόμενον ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ
τιᾱ οὐρανοῦ. * τότε ὁ ἀρχιερεὺς διέρρηξε τὰ ἱμά-
ς τια αὐτοῦ λέγων, ὅτι ἐβλασφήμησε. * τί ἔ-
τιβ τι χρείαν ἔχομεν μαρτύρων; ἰδοὺ νῦν ἠκού-
β σατε τὴν βλασφημίαν αὐτοῦ. τί ὑμῖν δοκεῖ;
οἱ δὲ ἀποκριθέντες εἶπον. ἔνοχος θα-
τιγ νάτου ἐστί. * τότε ἐνέπτυσαν εἰς τὸ πρόσω-
α πον αὐτοῦ, καὶ ἐκολάφισαν αὐτόν. οἱ δὲ ἐρ-
ράπισαν λέγοντες. προφήτευσον ἡμῖν χρι-
τιδ στὲ, τίς ἐστιν ὁ παίσας σε. * ὁ δὲ πέτρος ἔ-
α ξω ἐκάθητο ἐν τῇ αὐλῇ καὶ προσῆλθεν αὐτῷ
μία παιδίσκη λέγουσα. καὶ σὺ ἦσθα μετὰ ἰη-
σοῦ τοῦ γαλιλαίου. ὁ δὲ ἠρνήσατο ἔμπρο- ξε
σθεν πάντων, λέγων. οὐκ οἶδα τί λέγεις.
τιε * ἐξελθόντα δὲ αὐτὸν εἰς τὸν πυλῶνα εἶδεν
α αὐτὸν ἄλλη, καὶ λέγει τοῖς ἐκεῖ, καὶ οὗτος ἦν
μετὰ ἰησοῦ τοῦ ναζωραίου. καὶ πάλιν ἠρνή-
σατο μεθ' ὅρκου, ὅτι οὐκ οἶδα τὸν ἄνθρωπον.
μετὰ μικρὸν δὲ προσελθόντες οἱ ἑστῶτες, εἶ-
πον τῷ πέτρῳ. ἀληθῶς καὶ σὺ ἐξ αὐτῶν εἶ,
καὶ γὰρ ἡ λαλιά σου δῆλόν σε ποιεῖ. τότε ἤρ-
ξατο καταναθεματίζειν καὶ ὀμνύειν, ὅτι οὐκ οἶ-
δα τὸν ἄνθρωπον, καὶ εὐθέως ἀλέκτωρ ἐφώ-
τις νησε. * καὶ ἐμνήσθη ὁ πέτρος τοῦ ῥήματος
β ἰησοῦ, εἰρηκότος αὐτῷ, ὅτι πρὶν ἀλέκτορα
φωνῆσαι, τρὶς ἀπαρνήσῃ με. καὶ ἐξελθὼν
ἔξω

existis cum gladijs & fustibus ad compre-
hendum me: quotidie apud uos sede-
bam docens in templo, & non me cepistis:
Hoc autem totum factum est ut compleren
tur scripturæ prophetarum. Tunc discipuli
omnes relicto eo fugerunt. At illi cõprehen
sum Iesum duxerunt ad Caiapham princi-
pem sacerdotum, ubi scribæ & seniores con
uenerant. Petrus autem sequebatur eũ pro-
cul usq; ad atrium principis sacerdotum. Et
ingressus intro, sedebat cum ministris, ut ui
deret finem. Principes aũt sacerdotum & se
niores, & totum concilium quærebant falsum
testimoniũ contra Iesum, ut morti eum tra-
derent, & non inueniebant: etiã quum mul-
ti falsi testes accessissent, non inueniebant.
Nouissime autem uenerũt duo falsi testes,
& dixerũt: Hic dixit, Possum destruere tem
plum dei, & in triduo ædificare illud. Et sur-
gens princeps sacerdotum, ait illi, Nihil re-
spondes? Cur isti aduersum te testimonium
dicunt? Iesus autem tacebat. Et respondens
princeps sacerdotum, ait illi: Adiuro te per
deum uiuentẽ, ut dicas nobis, an tu sis Chri
stus filius dei. Dicit illi Iesus, Tu dixisti. Ve-
runtamen dico uobis, amodo uidebitis filiũ
hominis sedentem à dextris uirtutis, & ue-
nientem in nubibus cœli. Tunc princeps sa
cerdotum dissidit uestimenta sua, dicens,
Proloquutus est blasphemiã, quid insuper
egemus testibus? Ecce nũc audistis blaspheme
miam eius, quid uobis uidetur? At illi re-
spondẽtes dixerunt, Reus est mortis. Tunc
expuerunt in faciem eius, & colaphis eum
cæciderũt, alij autem palmas in faciem eius
dederunt dicentes, Vaticinare nobis Chri-
ste, quis est qui te percussit? Petrus uero se-
debat foris in atrio, & accessit ad eum una
ancillula dicens, Et tu cum Iesu Galilæo
eras. At ille negauit corã omnibus, dicens,
Nescio quid dicas. Quum autem exisset in
uestibulum, uidit eum altera ancilla, & ait
his qui erant ibi. Et hic erat cum Iesu Naza
reno. Et iterum negauit cum iureiurando.
Non noui hominem. Et post pusillum ac-
cesserunt qui stabant, & dixerunt Petro,
Vere & tu ex illis es, nam & loquela tua te
manifestum facit. Tunc cœpit execrari &
iurare, quod non nosset hominem. Et con-
tinuo gallus cantauit. Et recordatus est Pe-
trus uerbi Iesu, qui dixerat ei, Prius quàm
gallus cantet, ter me negabis. Et egressus
foras

ξζ πρὸ ρῃ τ ἰσδλα μετὰμελείας.

τιζ ἔξω, ἔκλαυσε πικρῶς. *πρωίας δὲ γενομένης,
β συμβούλιον ἔλαβον πάντες οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ
πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ κατὰ τοῦ ἰησοῦ, ὥστε θανα-
τῶσαι αὐτόν. *καὶ δήσαντες αὐτὸν, ἀπήγα-
α γον καὶ παρέδωκαν αὐτὸν ποντίῳ πιλάτῳ τῷ
τιθ ἡγεμόνι. *τότε ἰδὼν ἰούδας ὁ παραδιδοὺς αὐ- ξζ
ι τὸν ὅτι κατεκρίθη, μεταμεληθεὶς, ἀπέστρεψε τὰ
τριάκοντα ἀργύρια τοῖς ἀρχιερεῦσι, καὶ τοῖς
πρεσβυτέροις λέγων. ἥμαρτον, παραδοὺς αἷμα
ἀθῷον. οἱ δὲ εἶπον, τί πρὸς ἡμᾶς; σὺ ὄψει. καὶ ῥί-
ψας τὰ ἀργύρια ἐν τῷ ναῷ ἀνεχώρησε, καὶ ἀ-
πελθὼν ἀπήγξατο. οἱ δὲ ἀρχιερεῖς λαβόντες τὰ
ἀργύρια, εἶπον. οὐκ ἔξεστι βαλεῖν αὐτὰ εἰς τὸν
κορβανᾶν, ἐπεὶ τιμὴ αἵματός ἐστι. συμβούλιον
δὲ λαβόντες ἠγόρασαν ἐξ αὐτῶν τὸν ἀγρὸν τοῦ
κεραμέως εἰς ταφὴν τοῖς ξένοις. διὸ ἐκλήθη ὁ
ἀγρὸς ἐκεῖνος, ἀγρὸς αἵματος, ἕως τῆς σήμε-
ρον. τότε ἐπληρώθη τὸ ῥηθὲν διὰ ἱερεμίου τοῦ
προφήτου λέγοντος. καὶ ἔλαβον τὰ τριάκον-
τα ἀργύρια τὴν τιμὴν τοῦ τετιμημένου; ὃν ἐτι-
μήσαντο ἀπὸ υἱῶν ἰσραὴλ, καὶ ἔδωκαν αὐ-
τὰ εἰς τὸν ἀγρὸν τοῦ κεραμέως, καθὼς συνέτα-
τκ ξέ μοι κύριος, *ὁ δὲ ἰησοῦς ἔστη ἔμπροσθεν τοῦ
α ἡγεμόνος, καὶ ἐπηρώτησεν αὐτὸν ὁ ἡγεμὼν λέ-
τκα γων, σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τῶν ἰουδαίων; *ὁ δὲ
δ ἰησοῦς ἔφη αὐτῷ. σὺ λέγεις. καὶ ἐν τῷ κατηγο-
ρεῖσθαι αὐτὸν ὑπὸ τῶν ἀρχιερέων καὶ τῶν πρε-
σβυτέρων, οὐδὲν ἀπεκρίνατο. τότε λέγει αὐτῷ
ὁ πιλᾶτος, οὐκ ἀκούεις πόσα σου καταμαρτυ-
ροῦσι; καὶ οὐκ ἀπεκρίθη αὐτῷ πρὸς οὐδὲ ἓν ῥῆ-
τκβ μα, ὥστε θαυμάζειν τὸν ἡγεμόνα λίαν. *κατὰ
β δὲ ἑορτὴν εἰώθει ὁ ἡγεμὼν ἀπολύειν ἕνα τῷ ὄ-
τκγ χλῳ δέσμιον, ὃν ἤθελον. *εἶχον δὲ τότε δέσ-
δ μιον ἐπίσημον λεγόμενον βαραββᾶν. συνηγ-
μένων οὖν αὐτῶν, εἶπεν αὐτοῖς ὁ πιλᾶτος. τί-
να θέλετε ἀπολύσω ὑμῖν, βαραββᾶν, ἢ ἰη-
σοῦν τὸν λεγόμενον χριστόν; ᾔδει γὰρ, ὅτι διὰ
τκδ φθόνον παρέδωκαν αὐτόν. *καθημένου δὲ αὐ-
ι τοῦ ἐπὶ τοῦ βήματος, ἀπέστειλε πρὸς αὐτὸν
ἡ γυνὴ αὐτοῦ λέγουσα. μηδὲν σοὶ καὶ τῷ δικαίῳ
ἐκείνῳ, πολλὰ γὰρ ἔπαθον σήμερον κατ' ὄναρ
τκε δι αὐτόν. *οἱ δὲ ἀρχιερεῖς, καὶ οἱ πρεσβύτε-
ρου ἔπεισαν τοὺς ὄχλους, ἵνα αἰτήσωνται τὸν
βαραββᾶν, τὸν δὲ ἰησοῦν ἀπολέσωσιν. ἀπο-
κριθεὶς δὲ ὁ ἡγεμὼν ἔφη αὐτοῖς. τίνα θέλε-
τε ἀπὸ τῶν δύο ἀπολύσω ὑμῖν; οἱ δὲ εἶπον.
τκς βαραββᾶν. λέγει αὐτοῖς ὁ πιλᾶτος. *τί οὖν
α ποιήσω ἰησοῦν τὸν λεγόμενον χριστόν; λέγου-
σιν αὐτῷ πάντες. σταυρωθήτω. ὁ δὲ ἡγεμὼν
ἔφη, τί γὰρ κακὸν ἐποίησεν; οἱ δὲ περισ-
τκζ σῶς ἔκραζον, λέγοντες. σταυρωθήτω. *ἰδὼν
ι δὲ ὁ πιλᾶτος, ὅτι οὐδὲν ὠφελεῖ, ἀλλὰ μᾶλλον
θόρυβος

foras,fleuit amare. Mane autem facto, XXVII
consiliũ inierunt omnes principes sacerdo-
tum & seniores populi aduersus Iesum, ut
eum morti traderẽt. Et uinctum eum adu-
xerunt & tradiderunt Pontio Pilato præsi-
di. Tunc uidens Iudas qui eum prodiderat, ξζ
quòd damnatus esset, pœnitentia ductus re
tulit triginta argenteos principibus sacerdo
tum & senioribus, dicens: Peccaui, prodens
sanguinem innoxium. At illi dixerũt, Quid
ad nos? tu uideris. Et proiectis argenteis in
templo, recessit, & abiens laqueo se suspen-
dit. Principes autem sacerdotũ acceptis ar-
genteis, dixerunt, Non licet eos mittere in
corbonam, quia precium sanguinis est. Con-
silio autem inito, emerunt ex illis agrum fi-
guli, in sepulturam peregrinorum: quapro-
pter uocatus est ager ille, ager sanguinis, us-
q; in hodiernum diem. Tunc impletum est
quod dictum est per Hieremiã prophetam
dicentem, Et acceperunt triginta argenteos
precium æstimati, quem æstimatũ emerunt
à filijs Israel, & dederunt eos in agrum figu-
li, sicut cõstituit mihi dominus. Iesus autem
stetit ante præsidẽ, & interrogauit eum præ
ses, dicens: Tu es rex Iudæorum? Dicit illi
Iesus, Tu dicis. Et quum accusaretur à prin
cipibus sacerdotum & senioribus, nihil re-
spondit. Tunc dicit illi Pilatus, Non audis
quàm multa aduersum te dicũt testimonia?
Et non respondit ei ad ullum uerbum, ita ut
miraretur præses uehementer. In festo autẽ
consueuerat præses turbæ dimittere unum
uinctum quem uoluissent. Habebat autem
tunc uinctũ insignem, qui dicebatur Barab-
bas. Congregatis ergo illis, dixit Pilatus,
Vtrum uultis dimittã uobis Barabbam an
Iesum, qui dicitur Christus? Sciebat enim
quòd propter inuidiam tradidissent eum.
Sedente aũt illo pro tribunali, misit ad eum
uxor eius, dicens: Nihil tibi cum iusto illo,
multa enim passa sum hodie in somnis pro-
pter eum. Principes aũt sacerdotũ & senio-
res persuaserũt turbis, ut peterent Barabbã,
Iesum uero perderent. Respondens aũt præ
ses ait illis, Vtrum uultis uobis è duobus di
mittam? At illi dixerũt, Barabbã. Dixit illis
Pilatus, Quid igitur faciam Iesu, qui dicitur
Christus? Dicũt ei omnes, Crucifigaẽ. Præ-
ses aũt ait, Quid enim mali fecit? At illi ma-
gis clamabãt, dicẽtes, Crucifigatur. Videns
autem Pilatus q̃ nihil proficeret, sed magis
tumultus

θέρυβ☉ γίνεται, λαβὼν ὕδωρ ἀπενίψατο τὰς
χεῖρας ἀπέναντι τοῦ ὄχλου, λέγων. ἀθῶ☉ εἰμὶ
ἀπὸ τοῦ αἵματ☉ τοῦ δικαίου τούτου, ὑμεῖς ὄ-
ψεσθε. καὶ ἀποκριθεὶς πᾶς ὁ λαὸς εἶπεν. τὸ αἷ-
τκη μα αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ἡμῶν. *τό-
α τε ἀπέλυσεν αὐτοῖς τὸν Βαραββᾶν, τὸν δὲ ἰη-
σοῦν φραγελλώσας, παρέδωκεν ἵνα σταυρωθῇ.
τκθ *τότε οἱ στρατιῶται τοῦ ἡγεμόν☉ παραλαβόν-
δι τες τὸν ἰησοῦν εἰς τὸ πραιτώριον, συνήγαγον
ἐπ' αὐτὸν ὅλην τὴν σπεῖραν. καὶ ἐκδύσαντες
αὐτὸν, περιέθηκαν αὐτῷ χλαμύδα κοκκίνην, καὶ
πλέξαντες στέφανον ἐξ ἀκανθῶν, ἐπέθηκαν αὐτῆ
τῇ κεφαλῇ αὐτοῦ, καὶ κάλαμον ἐπὶ τὴν δε-
ξιὰν αὐτοῦ, καὶ γονυπετήσαντες ἔμπροσθεν αὐ-
τοῦ, ἐνέπαιζον αὐτῷ λέγοντες. χαῖρε ὁ βασιλεὺς
τλ τῶν ἰουδαίων. *καὶ ἐμπτύσαντες εἰς αὐτὸν,
s ἔλαβον τὸν κάλαμον, καὶ ἔτυπτον εἰς τὴν κε-
φαλὴν αὐτοῦ. καὶ ὅτε ἐνέπαιξαν αὐτῷ, ἐξέδυ-
σαν αὐτὸν τὴν χλαμύδα, καὶ ἐνέδυσαν αὐτὸν
τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, καὶ ἀπήγαγον αὐτὸν εἰς τὸ στα-
τλα῀ ρῶσαι. *ἐξερχόμενοι δὲ εὗρον ἄνθρωπον κυρη-
α ναῖον, ὀνόματι σίμωνα, τοῦτον ἠγγάρευσαν, ἵνα ἄ-
τλβ ρῃ τὸν σταυρὸν αὐτοῦ. *καὶ ἐλθόντες εἰς τόπον
α λεγόμενον γολγοθᾶ, ὅς ἐστι λεγόμενος κρανίου
τλγ῀ τόπος. *ἔδωκαν αὐτῷ πιεῖν ὄξος μετὰ χολῆς
δ μεμιγμένον. καὶ γευσάμενος, οὐκ ἤθελε πιεῖν.
τλδ *σταυρώσαντες δὲ αὐτὸν, διεμερίσαντο τὰ ἱμά-
α τια αὐτοῦ, βάλλοντες κλῆρον ἵνα πληρωθῇ τὸ
ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ προφήτου. διεμερίσαντο τὰ ἱμά-
τια μου ἑαυτοῖς, καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔβα-
λον κλῆρον. καὶ καθήμενοι ἐτήρουν αὐτὸν ἐκεῖ.
τλε *καὶ ἐπέθηκαν ἐπάνω τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ τὴν
α αἰτίαν αὐτοῦ γεγραμμένην, οὗτός ἐστιν ἰησοῦς ὁ βα-
τλς῀ σιλεὺς τῶν ἰουδαίων. *τότε σταυροῦνται σὺν αὐ-
α τῷ δύο λῃσταί, εἷς ἐκ δεξιῶν, καὶ εἷς ἐξ εὐωνύ-
τλζ μων. *οἱ δὲ παραπορευόμενοι, ἐβλασφήμουν αὐ-
s τὸν, κινοῦντες τὰς κεφαλὰς αὐτῶν, καὶ λέγοντες.
ὁ καταλύων τὸν ναὸν, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις οἰκο-
δομῶν, σῶσον σεαυτόν. εἰ υἱὸς εἶ τοῦ θεοῦ, κατα βᾶ
τλη θι ἀπὸ τοῦ σταυροῦ. *ὁμοίως καὶ οἱ ἀρχιερεῖς ἐμ-
β παίζοντες μετὰ τῶν γραμματέων καὶ πρεσ βυ-
τέρων, ἔλεγον. ἄλλους ἔσωσεν, ἑαυτὸν οὐ δύνα-
ται σῶσαι. εἰ βασιλεὺς ἰσραὴλ ἐστι, καταβάτω
νῦν ἀπὸ τοῦ σταυροῦ, καὶ πιστεύσομεν αὐτῷ. πέ-
ποιθεν ἐπὶ τὸν θεόν, ῥυσάσθω νῦν αὐτὸν, εἰ θέλει
τλθ αὐτόν. εἶπε γάρ, ὅτι θεοῦ εἰμι υἱός. *τοῦτ' αὐτὸ
β καὶ οἱ λῃσταὶ οἱ συνσταυρωθέντες αὐτῷ, ὠνείδι-
τμ῀ ζον αὐτόν. *ἀπὸ δὲ ἕκτης ὥρας σκότ☉ ἐγένε-
β το ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἕως ὥρας ἐνάτης. *πε-
τμα῀ ρὶ δὲ τὴν ἐνάτην ὥραν ἀνεβόησεν ὁ ἰησοῦς φω-
s νῇ μεγάλῃ, λέγων. ἠλεὶ ἠλεὶ, λαμᾶ σαβαχθανί.
τοῦτ' ἔστιν, θεέ μου, θεέ μου, ἵνα τί με ἐγκατέλιπες;

πινὲς

tumultus fieret, accepta aqua abluit manus coram populo, dicens, Innocens ego sum à sanguine huius iusti, uos uideritis. Et respõdens uniuersus populus, dixit, Sanguis eius super nos & super filios nostros. Tunc dimisit illis Barabbam, Iesum autem flagellatum tradidit ut crucifigeretur. Tunc milites præsidis suscipiẽtes Iesum in prætorio, congregauerunt ad eum uniuersam cohortem. Et quum exuissent eum, circundederunt ei chlamydem coccinam, & coronam de spinis contextam imposuerunt super caput eius, & harundinem in dexteram eius, & genu flexo ante eum illudebant ei, dicentes, Aue rex Iudæorum. Et quum expuissent in eum, acceperunt harundinem & percutiebant caput eius. Et postquam illusissent ei, exuerunt eum chlamyde, & induerũt eum uestimentis suis, & abduxerunt eum ut crucifigerent. Exeuntes autem inuenerunt hominem Cyrenæum, nomine Simonẽ: hunc adegerunt, ut tolleret crucem eius. Et uenerunt in locum qui dicitur Golgotha, quod est caluariæ locus. Et dederunt ei acetum bibere cum felle mixtum, & quum gustasset, noluit bibere. Postquã autem crucifixerunt eum, diuiserunt uestimẽta eius, sortem mittentes: ut impleretur quod dictum est per prophetam: Diuiserunt sibi uestimẽta mea, & super uestimentum meum miserunt sortem. Et sedentes seruabant eum ibi. Et imposuerant super caput eius causam ipsius scriptam, Hic est Iesus rex Iudæorum. Tunc crucifiguntur cum eo duo latrones, unus à dextris, & alter à sinistris. Prætereuntes autem conuitia iaciebant in eum, mouẽtes capita sua, & dicentes: Tu ille qui destruebas templum, & in triduo ædificabas, serua temetipsum: si filius dei es, descende de cruce. Similiter & principes sacerdotum, illudentes cum scribis & senioribus dicebãt: Alios seruauit, seipsum non potest seruare: si rex Israel est, descendat nunc de cruce, & credemus ei. Confidit in deo, liberet eum nunc si uult eum. Dixit enim, Filius dei sum. Idipsum autem & latrones qui crucifixi erant cum eo, exprobrabant ei. A sexta autem hora tenebræ factæ sunt super uniuersam terram usque ad horam nonam, & circa horam nonam clamauit Iesus uoce magna, dicens: Heli heli lama sabachthani. Hoc est, Deus meus, deus meus cur deseruisti me?

Quidam

τινὲς δὲ τῶν ἐκεῖ ἑστώτων ἀκούσαντες, ἔλεγον,
τμβ ὅτι ἡλίαν φωνεῖ οὗτος. *καὶ εὐθέως δραμὼν
β εἷς ἐξ αὐτῶν, καὶ λαβὼν σπόγγον, πλήσας τε
ὄξους, καὶ περιθεὶς καλάμῳ ἐπότιζεν αὐτόν. οἱ
δὲ λοιποί ἔλεγον. ἄφες, ἴδωμεν εἰ ἔρχεται ἡλίας
τμϛ σώσων αὐτόν. *ὁ δὲ ἰησοῦς πάλιν κράξας φω-
α νῇ μεγάλῃ, ἀφῆκε τὸ πνεῦμα. *καὶ ἰδοὺ τὸ κα-
τμδ τα πέτασμα τοῦ ναοῦ ἐσχίσθη εἰς δύο, ἀπὸ ἄνω-
β θεν ἕως κάτω. *καὶ ἡ γῆ ἐσείσθη, καὶ αἱ πέτραι
τμε ἐσχίσθησαν, καὶ τὰ μνημεῖα ἀνεῴχθησαν, καὶ πολ
ι λὰ σώματα τῶν κεκοιμημένων ἁγίων ἠγέρθη, καὶ
ἐξελθόντες ἐκ τῶν μνημείων μετὰ τὴν ἔγερσιν αὐ
τοῦ, εἰσῆλθον εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν, καὶ ἐνεφανί-
τμς σθησαν πολλοῖς. *ὁ δὲ ἑκατόνταρχος καὶ οἱ μετ'
β αὐτοῦ τηροῦντες τὸν ἰησοῦν, ἰδόντες τὸν σεισμὸν
καὶ τὰ γενόμενα, ἐφοβήθησαν σφόδρα, λέγον-
τμζ τες ἀληθῶς θεοῦ υἱὸς ἦν οὗτος. *ἦσαν δὲ ἐκεῖ
ς γυναῖκες πολλαί, ἀπὸ μακρόθεν θεωροῦσαι, αἵτι-
νες ἠκολούθησαν τῷ ἰησοῦ ἀπὸ τῆς γαλιλαίας,
διακονοῦσαι αὐτῷ, ἐν αἷς ἦν μαρία ἡ μαγδαλη-
νή, καὶ μαρία ἡ τοῦ ἰακώβου καὶ ἰωσῆ μήτηρ, καὶ
τμη ἡ μήτηρ τῶν υἱῶν ζεβεδαίου. *ὀψίας δὲ γε-
α νομένης, ἦλθεν ἄνθρωπος πλούσιος ἀπὸ ἀριμα-
θαίας, τὸ ὄνομα ἰωσήφ, ὃς καὶ αὐτὸς ἐμαθήτευσε
τῷ ἰησοῦ. οὗτος προσελθὼν τῷ πιλάτῳ ἠτήσα-
το τὸ σῶμα τοῦ ἰησοῦ. τότε ὁ πιλᾶτος ἐκέλευσεν
τμθ ἀποδοθῆναι τὸ σῶμα. *καὶ λαβὼν τὸ σῶμα ὁ
α ἰωσὴφ ἐνετύλιξεν αὐτὸ σινδόνι καθαρᾷ, καὶ ἔθη-
XVII Hæc loquutus eſt Ieſus,& ſublatis oculis in cœlum,dixit:Pater,uenit hora,glorifica filiũ tuum,ut & filius tuus glorificet te. Sicut dediſti ei poteſtatem omnis carnis,ut quotquot dediſti ei,det eis uitam æternam. Hæc eſt autem uita æterna,ut cognoſcãt te ſolum deum uerum,& quem miſiſti Ieſum Chriſtum.Ego te glorificaui ſuper terram, opus conſummaui quod dediſti mihi ut facerem.Et nunc glorifica me tu pater apud temet

σεαυτοῦ τῇ δόξῃ, ᾗ εἶχον πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι παρά σοι. ἐφανέρωσά σου τὸ ὄνομα τοῖς ἀνθρώποις, οὓς δέδωκάς μοι ἐκ τοῦ κόσμου. σοὶ ἦσαν, κἀμοὶ αὐτοὺς δέδωκας, καὶ τὸν λόγον σου τετηρήκασι. νῦν ἔγνωκαν, ὅτι πάντα ὅσα δέδωκάς μοι, παρά σου εἰσίν. ὅτι τὰ ῥήματα ἃ δέδωκάς μοι, δέδωκα αὐτοῖς, καὶ αὐτοὶ ἔλαβον, καὶ ἔγνωσαν ἀληθῶς, ὅτι παρά σου ἐξῆλθον. καὶ ἐπίστευσαν, ὅτι σύ με ἀπέστειλας. ἐγὼ περὶ αὐτῶν ἐρωτῶ. οὐ περὶ τοῦ κόσμου ἐρωτῶ, ἀλλὰ περὶ ὧν δέδωκάς μοι, ὅτι σοί εἰσι, καὶ τὰ ἐμὰ πάντα σά ἐστι, καὶ τὰ σὰ ἐμά, καὶ δεδόξασμαι ἐν αὐτοῖς. καὶ οὐκέτι εἰμὶ ἐν τῷ κόσμῳ, καὶ οὗτοι ἐν τῷ κόσμῳ εἰσί, κἀγὼ πρός σε ἔρχομαι. πάτερ ἅγιε, τήρησον αὐτοὺς ἐν τῷ ὀνόματί σου, οὓς δέδωκάς μοι, ἵνα ὦσιν ἓν καθὼς ἡμεῖς. ὅτε ἤμην μετ' αὐτῶν ἐν τῷ κόσμῳ, ἐγὼ ἐτήρουν αὐτοὺς ἐν τῷ ὀνόματί σου. οὓς δέδωκάς μοι ἐφύλαξα, καὶ οὐδεὶς ἐξ αὐτῶν ἀπώλετο, εἰ μὴ ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας, ἵνα ἡ γραφὴ πληρωθῇ. νῦν δὲ πρός σε ἔρχομαι, καὶ ταῦτα λαλῶ ἐν τῷ κόσμῳ, ἵνα ἔχωσι τὴν χαρὰν τὴν ἐμὴν πεπληρωμένην ἐν αὐτοῖς. ἐγὼ δέδωκα αὐτοῖς τὸν λόγον σου, καὶ ὁ κόσμος ἐμίσησεν αὐτούς, ὅτι οὐκ εἰσὶν ἐκ τοῦ κόσμου, καθὼς ἐγὼ οὐκ εἰμὶ ἐκ τοῦ κόσμου. οὐκ ἐρωτῶ, ἵνα ἄρῃς αὐτοὺς ἐκ τοῦ κόσμου, ἀλλ' ἵνα τηρήσῃς αὐτοὺς ἐκ τοῦ πονηροῦ. ἐκ τοῦ κόσμου οὐκ εἰσί, καθὼς ἐγὼ ἐκ τοῦ κόσμου οὐκ εἰμί. ἁγίασον αὐτοὺς ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου. ὁ λόγος ὁ σὸς ἀλήθειά ἐστι. καθὼς ἐμὲ ἀπέστειλας εἰς τὸν κόσμον, κἀγὼ ἀπέστειλα αὐτοὺς εἰς τὸν κόσμον, καὶ ὑπὲρ αὐτῶν ἐγὼ ἁγιάζω ἐμαυτόν, ἵνα καὶ αὐτοὶ ὦσιν ἡγιασμένοι ἐν ἀληθείᾳ. οὐ περὶ τούτων δὲ ἐρωτῶ μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν πιστευόντων διὰ τοῦ λόγου αὐτῶν εἰς ἐμέ, ἵνα πάντες ἓν ὦσι, καθὼς σὺ πάτερ ἐν ἐμοί, κἀγὼ ἐν σοί, ἵνα καὶ αὐτοὶ ἐν ἡμῖν ὦσιν, ἵνα ὁ κόσμος πιστεύσῃ, ὅτι σύ με ἀπέστειλας. καὶ ἐγὼ τὴν δόξαν ἣν δέδωκάς μοι, δέδωκα αὐτοῖς, ἵνα ὦσιν ἓν, καθὼς ἡμεῖς ἓν ἐσμεν. ἐγὼ ἐν αὐτοῖς, καὶ σὺ ἐν ἐμοί, ἵνα ὦσι τετελειωμένοι εἰς ἕν, καὶ ἵνα γινώσκῃ ὁ κόσμος, ὅτι σύ με ἀπέστειλας, καὶ ἠγάπησας αὐτούς, καθὼς ἐμὲ ἠγάπησας. πάτερ. οὓς δέδωκάς μοι, θέλω ἵνα ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, κἀκεῖνοι ὦσι μετ' ἐμοῦ, ἵνα θεωρῶσι τὴν δόξαν τὴν ἐμὴν, ἣν ἔδωκάς μοι, ὅτι ἠγάπησάς με πρὸ καταβολῆς κόσμου. * πάτερ δίκαιε, ὁ κόσμος σε οὐκ ἔγνω, ἐγὼ δέ σε ἔγνων. * καὶ οὗτοι ἔγνωσαν, ὅτι σύ με ἀπέστειλας. καὶ ἐγνώρισα αὐτοῖς τὸ ὄνομά σου. καὶ γνωρίσω, ἵνα ἡ ἀγάπη ἣν ἠγάπησάς με, ἐν αὐτοῖς ᾖ, κἀγὼ ἐν * αὐτοῖς. * ταῦτα εἰπὼν ὁ Ἰησοῦς, ἐξῆλθε σὺν τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ πέραν τοῦ χειμάῤῥου τοῦ Κέδρου

temetipſum gloria quã habui, priuſ quàm hic mundus eſſet apud te. Manifeſtaui nomen tuum hominib⁹, quos dediſti mihi de mundo. Tui erãt, & mihi eos dediſti, & ſermonem tuum ſeruauerũt. Nunc cognouerunt ꝙ omnia quæcũq; dediſti mihi, abs te ſunt. Quia uerba quę dediſti mihi, dedi eis: & ipſi acceperunt: & cognouerunt uere, ꝙ à te exiui: & crediderunt ꝙ tu me miſiſti. Ego pro eis rogo. Non pro mũdo rogo, ſed pro his quos dediſti mihi, quia tui ſunt. Et mea omnia tua ſunt, & tua mea ſunt, & glorificatus ſum in eis. Et iam nõ ſum in mundo, & hi in mundo ſunt, & ego ad te uenio. Pater ſancte, ſerua eos per nomẽ tuũ, quos dediſti mihi: ut ſint unũ, ſicut & nos. Quũ eſſem cum eis in mũdo, ego ſeruabam eos nomine tuo. Quos dediſti mihi, ego cuſtodiui, & nemo ex eis periit, niſi filius ille perditus, ut ſcriptura cõpleretur. Nunc aũt ad te uenio, & hæc loquor in mũdo, ut habeãt gaudiũ meum impletũ in ſemetipſis. Ego tradidi eis ſermonem tuum & mundus eos odio habuit: quia non ſunt de mundo, ſicut & ego non ſum de mũdo. Non rogo ut tollas eos è mũdo, ſed ut ſerues eos à malo. De mundo non ſunt, ſicut & ego non ſum de mundo. Sanctifica eos per ueritatẽ tuam. Sermo tuus ueritas eſt. Sicut tu me miſiſti in mundum, ita & ego miſi eos in mũdum, & pro eis ego ſanctifico meipſum, ut ſint & ipſi ſanctificati per ueritatẽ. Non pro eis aũt rogo tantum, ſed & pro ijs qui credituri ſunt per ſermonem eorum in me: ut omnes unum ſint: ſicut tu pater in me, & ego in te, ut & ipſi in nobis unum ſint, ut credat mundus ꝙ tu me miſeris, & ego gloriam quam dediſti mihi, dedi eis: ut ſint unum, ſicut & nos unum ſumus. Ego in eis, & tu in me, ut ſint conſummati in unum, & ut cognoſcat mundus, quòd tu me miſiſti, & dilexiſti eos, ſicut & me dilexiſti. Pater, quos dediſti mihi, uolo: ut ubi ſum ego, & illi ſint me cum: ut uideant gloriam meam, quam dediſti mihi, quia dilexiſti me ante conditum mundum. Pater iuſte, & mundus te non cognouit: ego autem te cognoui, & hi cognouerunt, quòd tu me miſeris. Et notum feci eis nomen tuum, & notum faciam, ut dilectio qua dilexiſti me, in ipſis ſit, & ego in ipſis. Hæc quum dixiſſet Ieſus egreſſus eſt cum diſcipulis ſuis trans torrentem

XVIII

cedron

λεσδρων, ὅπου ἦν κῆπος, εἰς ὃν εἰσῆλθεν αὐτὸς καὶ
γνζ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ. *ἤδει δὲ καὶ Ἰούδας ὁ παρα-
ι διδοὺς αὐτὸν, τὸν τόπον, ὅτι πολλάκις συνήχθη
γνη ὁ Ἰησοῦς ἐκεῖ μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ. *ὁ οὖν Ἰού-
α δας λαβὼν τὴν σπεῖραν, καὶ ἐκ τῶν ἀρχιερέων καὶ
φαρισαίων ὑπηρέτας, ἔρχεται ἐκεῖ μετὰ φανῶν
γνθ καὶ λαμπάδων καὶ ὅπλων. *Ἰησοῦς οὖν εἰδὼς
ι πάντα τὰ ἐρχόμενα ἐπ' αὐτὸν, ἐξελθὼν, εἶπεν αὐ
τοῖς. τίνα ζητεῖτε; ἀπεκρίθησαν αὐτῷ. Ἰησοῦν τὸν
ναζωραῖον. λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς. ἐγώ εἰμι. εἱστήκει
δὲ καὶ Ἰούδας, ὁ παραδιδοὺς αὐτὸν, μετ' αὐτῶν.
ὡς οὖν εἶπεν αὐτοῖς. ὅτι ἐγώ εἰμι, ἀπῆλθον εἰς τὰ
ὀπίσω, καὶ ἔπεσον χαμαί. πάλιν οὖν αὐτοὺς ἐπη-
ρώτησε. τίνα ζητεῖτε; οἱ δὲ εἶπον. Ἰησοῦν τὸν ναζω
ραῖον. ἀπεκρίθη Ἰησοῦς. εἶπον ὑμῖν, ὅτι ἐγώ εἰμι.
εἰ οὖν ἐμὲ ζητεῖτε, ἄφετε τούτους ὑπαγειν. ἵνα
πληρωθῇ ὁ λόγος ὃν εἶπεν, ὅτι οὓς δέδωκάς μοι,
ξξ οὐκ ἀπώλεσα ἐξ αὐτῶν οὐδένα. *σίμων οὖν πέ-
π τρος ἔχων μάχαιραν, εἵλκυσεν αὐτὴν, καὶ ἔπαι
σε τὸν τοῦ ἀρχιερέως δοῦλον, καὶ ἀπέκοψεν αὐτοῦ
τὸ ὠτίον τὸ δεξιόν. ἦν δὲ ὄνομα τῷ δούλῳ Μάλ-
ξξα χος. *εἶπεν οὖν ὁ Ἰησοῦς τῷ πέτρῳ. Βαλε τὴν
α μάχαιράν σου εἰς τὴν θήκην. τὸ ποτήριον ὃ δέδω-
ξξβ κέ μοι ὁ πατὴρ, οὐ μὴ πίω αὐτό; *ἡ οὖν σπεῖ-
α ρα καὶ ὁ χιλίαρχος καὶ οἱ ὑπηρέται τῶν Ἰουδαίων
ξξγ συνέλαβον τὸν Ἰησοῦν, καὶ ἔδησαν αὐτὸν, *καὶ
ι ἀπήγαγον αὐτὸν πρὸς Ἄνναν πρῶτον. †ἦν γὰρ
Vide di- πενθερὸς τοῦ Καϊάφα, ὃς ἦν ἀρχιερεὺς τοῦ ἐνιαυ-
uersam τοῦ ἐκείνου. ἦν δὲ Καϊάφας ὁ συμβουλεύσας τοῖς
lectionẽ Ἰουδαίοις, ὅτι συμφέρει ἕνα ἄνθρωπον ἀπολέσθαι
in fine ὑπὲρ τοῦ λαοῦ, *ἠκολούθει δὲ τῷ Ἰησοῦ Σίμων
annota- πέτρος, καὶ ἄλλος μαθητής. *ὁ δὲ μαθητὴς
tionum. ἐκεῖνος ἦν γνωστὸς τῷ ἀρχιερεῖ, καὶ συνεισῆλθε
ξξε τῷ Ἰησοῦ εἰς τὴν αὐλὴν τοῦ ἀρχιερέως. *ὁ δὲ πέ
ι τρος εἱστήκει πρὸς τῇ θύρᾳ ἔξω. *ἐξῆλθεν οὖν ὁ
ξξς μαθητὴς ὁ ἄλλος, ὃς ἦν γνωστὸς τῷ ἀρχιερεῖ, καὶ
α εἶπε τῇ θυρωρῷ, καὶ εἰσήγαγε τὸν πέτρον. *λέ
ξξζ γει οὖν ἡ παιδίσκη ἡ θυρωρὸς τῷ πέτρῳ, μὴ καὶ
ι σὺ ἐκ τῶν μαθητῶν εἶ τοῦ ἀνθρώπου τούτου; λέγει
ξξη ἐκεῖνος, οὐκ εἰμί. *εἱστήκεισαν δὲ οἱ δοῦλοι καὶ οἱ
α ὑπηρέται, ἀνθρακιὰν πεποιηκότες, ὅτι ψῦχος
ξξθ ἦν, καὶ ἐθερμαίνοντο. ἦν δὲ μετ' αὐτῶν ὁ πέτρος
ι ἑστὼς καὶ θερμαινόμενος. ὁ οὖν ἀρχιερεὺς ἠρώτη-
σε τὸν Ἰησοῦν περὶ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, καὶ περὶ τῆ
ρο διδαχῆς αὐτοῦ. *ἀπεκρίθη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς. ἐγὼ
α παῤῥησίᾳ ἐλάλησα τῷ κόσμῳ. ἐγὼ πάντοτε ἐδί
δαξα ἐν τῇ συναγωγῇ, καὶ ἐν τῷ ἱερῷ, ὅπου πάν
τες οἱ Ἰουδαῖοι συνέρχονται, καὶ ἐν κρυπτῷ ἐλά
ρα λησα οὐδέν. *τί με ἐπερωτᾷς, ἐπερώτησον τοὺς
ι ἀκηκοότας τί ἐλάλησα αὐτοῖς. ἴδε οἶσιν οἵδασιν ἃ
ροβ εἶπον ἐγώ. *ταῦτα δὲ αὐτοῦ εἰπόντος, εἷς τῶν
α ὑπηρετῶν παρεστηκὼς ἔδωκε ῥάπισμα τῷ Ἰησοῦ,
εἰπών

cedron, ubi erat hortus in quẽ introiuit ipſe & diſcipuli eius. Nouerat aũt & Iudas qui prodebat eum, locum, quia frequẽter Ieſus conueherat illuc cũ diſcipulis ſuis. Iudas ergo quum accepiſſet cohortẽ, & à pontificibus ac phariſæis miniſtros, uenit illuc cum laternis ac facibꝫ & armis. Ieſus itaq; ſciens omnia quæ uẽtura erant ſuper ſe, proceſsit ac dixit eis: Quem quæritis? Reſpõderunt ergo ei: Ieſum Nazarenum. Dicit eis Ieſus: Ego ſum. Stabat aũt & Iudas qui prodebat eum, cum ipſis. Vt ergo dixit eis, Ego ſum: abierunt retrorſum & ceciderũt in terram. Iterum ergo interrogauit eos: Quem quæritis? Illi aũt dixerũt: Ieſum Nazarenũ. Reſpondit Ieſus: Dixi uobis, q̃ ego ſum. Si ergo me quæritis, ſinite hos abire. Vt compleretur ſermo quẽ dixerat: Ex ijs quos dediſti mihi, non perdidi quenquã. Simon ergo Petrus quum haberet gladiũ, eduxit eum, & percuſsit pontificis ſeruum, & abſcidit auriculam eius dextram. Erat aũt nomen ſeruo Malchus. Dicit ergo Ieſus Petro: Immitte gladium tuum in uaginam. An non bibam poculũ quod dedit mihi pater? Cohors igitur & tribunus ac miniſtri Iudæorũ cõprehenderunt Ieſum, & ligauerunt eum, & abduxerũt eum ad Annam primũ: erat enim ſocer Caiaphæ, qui erat põtifex anni illius. Erat aũt Caiaphas is qui conſilium dederat Iudæis, q̃ expediret unũ hominẽ mori pro populo. Sequebatur aũt Ieſum Simon Petrus, & alius diſcipulus. Diſcipulus aũt ille erat notus põtifici, & introiuit cum Ieſu in atriũ pontificis. Petrus aũt ſtabat ad oſtium foris. Exiuit ergo diſcipulus ille alter, qui erat notus pontifici, & dixit oſtiariæ, & introduxit Petrum. Dixit ergo Petro ancilla oſtiaria: Num & tu ex diſcipulis es hominis iſtius? Dicit ille: Non ſum. Stabant aũt ſerui & miniſtri qui prunas congeſſerant, quia frigus erat, & calefaciebãt ſe. Erat aũt cũ eis & Petrus ſtans & calefaciens ſe. Pontifex ergo interrogauit Ieſum de diſcipulis ſuis & de doctrina ipſius. Reſpondit ei Ieſus: Ego palàm loquutus ſum mundo. Ego ſemper docui in ſynagoga & in tẽplo quò omnes Iudæi cõueniũt, & in occulto loquutus ſũ nihil. Quid me interrogas? interroga eos q̃ audierũt q̃d loquut⁹ ſim ipſis. Ecce hi ſciunt quę dixerim ego. Hæc aũt quũ dixiſſet, un⁹ aſsiſtẽs miniſtrorũ dedit alapã Ieſu, dicens

ρογ̃ α ἐπωὼν. ὅτως ἀποκρίνῃ τῷ ἀρχιερεῖ; *ἀπεκρίθη
ι αὐτῷ ὁ ἰησοῦς. εἰ κακῶς ἐλάλησα, μαρτύρησον
ροδ̃ α περὶ τοῦ κακοῦ, εἰ δὲ καλῶς, τί με δέρεις; *ἀπέ-
σειλεν οὖν αὐτὸν ὁ ἄννας δεδεμένον πρὸς καϊάφαν
ροε̃ α τὸν ἀρχιερέα. *ἦν δὲ σίμων πέτρος ἑστὼς καὶ
θερμαινόμενος, εἶπον οὖν αὐτῷ. μὴ καὶ σὺ ἐκ τῶν
μαθητῶν αὐτοῦ εἶ; ἠρνήσατο ἐκεῖνος, καὶ εἶπεν.
οὐκ εἰμί. λέγει εἷς ἐκ τῶν δούλων τοῦ ἀρχιερέως
συγγενὴς ὢν, οὗ ἀπέκοψε πέτρος τὸ ὠτίον. οὐκ
ἐγώ σε εἶδον ἐν τῷ κήπῳ μετ' αὐτοῦ; πάλιν οὖν
ἠρνήσατο ὁ πέτρος, καὶ εὐθέως ἀλέκτωρ ἐφώνη-
ροϛ̃ σεν. *ἄγουσιν οὖν τὸν ἰησοῦν ἀπὸ τοῦ καϊάφα εἰς
α τὸ πραιτώριον. ἦν δὲ πρωΐα, *καὶ αὐτοὶ οὐκ εἰ-
ροζ σῆλθον εἰς τὸ πραιτώριον, ἵνα μὴ μιανθῶσιν, ἀλλ'
ι ἵνα φάγωσι τὸ πάσχα. ἐξῆλθεν οὖν ὁ πιλᾶτος
πρὸς αὐτοὺς ἔξω, καὶ εἶπε. τίνα κατηγορίαν φέρε-
τε κατὰ τοῦ ἀνθρώπου τούτου; ἀπεκρίθησαν, καὶ
εἶπον αὐτῷ. εἰ μὴ ἦν οὗτος κακοποιὸς, οὐκ ἄν σοι
παρεδώκαμεν αὐτόν. εἶπεν οὖν αὐτοῖς ὁ πιλᾶ-
τος. λάβετε αὐτὸν ὑμεῖς, καὶ κατὰ τὸν νόμον ὑ-
μῶν κρίνατε αὐτόν. εἶπον οὖν αὐτῷ οἱ ἰουδαῖοι.
ἡμῖν οὐκ ἔξεστιν ἀποκτεῖναι οὐδένα. ἵνα ὁ λόγος τοῦ
ἰησοῦ πληρωθῇ, ὃν εἶπε, σημαίνων ποίῳ θανάτῳ
ροθ̃ ἤμελλεν ἀποθνήσκειν. *εἰσῆλθεν οὖν εἰς τὸ πραι
α τώριον πάλιν ὁ πιλᾶτος, καὶ ἐφώνησε τὸν ἰησοῦν, καὶ εἶπεν αὐτῷ. σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τῶν ἰουδαίων; ἀπεκρίθη ὁ ἰησοῦς. ἀφ' ἑαυτοῦ σὺ τοῦτο λέ-
ροι γεις, ἢ ἄλλοι σοί εἶπον περὶ ἐμοῦ; *ἀπεκρίθη ὁ
ι πιλᾶτος. μή τι ἐγὼ ἰουδαῖός εἰμι; τὸ ἔθνος τὸ
σὸν καὶ οἱ ἀρχιερεῖς παρέδωκάν σε ἐμοί, τί ἐποίη
σας; ἀπεκρίθη ὁ ἰησοῦς. ἡ βασιλεία ἡ ἐμὴ οὐκ ἔστιν
ἐκ τοῦ κόσμου τούτου. εἰ ἐκ τοῦ κόσμου τούτου ἦν ἡ
βασιλεία ἡ ἐμή, οἱ ὑπηρέται ἂν οἱ ἐμοὶ, ἠγωνίζον-
το, ἵνα μὴ παραδοθῶ τοῖς ἰουδαίοις. νῦν δὲ ἡ βα-
ροια σιλεία ἡ ἐμὴ οὐκ ἔστιν ἐντεῦθεν. *εἶπεν οὖν αὐτῷ
α ὁ πιλᾶτος. οὐκοῦν βασιλεὺς εἶ σύ; ἀπεκρίθη ὁ ἰη
ροιᾶ σοῦς. σὺ λέγεις, ὅτι βασιλεύς εἰμι ἐγώ. *ἐγὼ εἰς
ι τοῦτο γεγέννημαι, καὶ εἰς τοῦτο ἐλήλυθα εἰς τὸν κό
σμον, ἵνα μαρτυρήσω τῇ ἀληθείᾳ. πᾶς ὁ ὢν ἐκ τῆς
ἀληθείας, ἀκούει μου τῆς φωνῆς. λέγει αὐτῷ ὁ πι
λᾶτος. τί ἐστιν ἀλήθεια; καὶ τοῦτο εἰπὼν, πάλιν
ροιβ ἐξῆλθε πρὸς τοὺς ἰουδαίους. *καὶ λέγει αὐτοῖς.
ϑ ἐγὼ οὐδεμίαν αἰτίαν εὑρίσκω ἐν αὐτῷ. *ἔστι δὲ
ροιγ̃ συνήθεια ὑμῖν, ἵνα ἕνα ὑμῖν ἀπολύσω ἐν τῷ πά-
α σχα. βούλεσθε οὖν ὑμῖν ἀπολύσω τὸν βασιλέα
ροιδ τῶν ἰουδαίων; *ἐκράυγασαν οὖν πάλιν πάν-
α τες, λέγοντες. μὴ τοῦτον ἀλλὰ τὸν βαραββᾶν. ἦν
ροιε̃ δὲ ὁ βαραββᾶς λῃστής. *τότε οὖν ἔλαβεν ὁ πιλᾶ
α τος τὸν ἰησοῦν, καὶ ἐμαστίγωσε. καὶ οἱ στρατιῶται
πλέξαντες στέφανον ἐξ ἀκανθῶν ἐπέθηκαν αὐ-
τοῦ τῇ κεφαλῇ, καὶ ἱμάτιον πορφυροῦν περιέβα
λον αὐτὸν, καὶ ἔλεγον. χαῖρε ὁ βασιλεὺς τῶν ἰου-
δαίων

dicens: Siccine respondes pōtifici? Respon
dit ei Iesus: Si male loquutus sum, testifica
re de malo: sin bene, cur me cædis? Et misit
eum Annas uinctum ad Caiapham pontifi
cem. Stabat aūt Simon Petrus & calefacie
bat se. Dixerūt ergo ei: Num & tu ex discí
pulis eius es? Negauit ille, & dixit: Nō sum.
Dicit ei unus ex seruis pontificis cognatus
eius, cuius absciderat Petrus auriculā: Non
ne ego te uidi in horto cum illo? Iterū ergo
negauit Petrus, & statim gallus cecinit. Du
cunt ergo Iesum à Caiapha in prætorium.
Erat aūt mane, & ipsi non introierūt in præ
torium, ne contaminarentur, sed ut ederent
pascha. Exiuit ergo Pilatus ad eos foras, &
dixit: Quam accusationē affertis aduersus
hominem hunc? Respōderunt, & dixerunt
ei: Si non esset hic nocens, haudquaquā tibi
tradidissemus eum. Dicit ergo eis Pilatus:
Accipite eum uos, & secūdum legē uestrā
iudicate eū. Dixerunt ergo ei Iudæi: Nobis
non licet interficere quenq̃. Vt sermo Iesu
impleretur quem dixit, significās qua mor
te esset moriturus. Introiuit ergo iterum in
prætoriū Pilatus, & uocauit Iesum, & dixit
ei: Tu es ille rex Iudæorum? Respondit Ie
sus: A temetipso tu hoc dicis, an alij dixerūt
tibi de me? Respondit Pilatus: Num ego Iu
dæus sum? Gens tua & pontifices tradide
runt te mihi. Quid feciſti? Respondit Iesus:
Regnum meum non est ex hoc mundo. Si
ex hoc mūdo esset regnum meum, ministri
mei utique decertarent, ne traderer Iudæis.
Nunc autem regnum meum non est hinc.
Dixit itaque ei Pilatus: Ergo rex es tu? Re
spondit Iesus: Tu dicis, quòd rex sum ego.
Ego in hoc natus sum, & ad hoc ueni in
mundum, ut testimonium feram ueritati.
Omnis qui est ex ueritate, audit uocē meā.
Dicit ei Pilatus: Quid est ueritas? Et quum
hoc dixisset, iterum prodijt ad Iudæos, &
dicit eis: Ego nullam inuenio in eo causam.
Est autem consuetudo uobis, ut unum di
mittam uobis in pascha. Vultis ne ergo di
mittam uobis illum regem Iudæorum? Cla
mauerunt rursum omnes, dicentes: Non
hunc, sed Barabbam. Erat autem Barabbas
latro. Tunc ergo apprehendit Pi XIX
latus Iesum, & flagellauit. Et milites ple
ctentes coronam de spinis, imposuerunt
capiti eius, & ueste purpurea circunde
derunt eum, ac dicebant: Aue rex Iu

dæorum

ρπε δαίων. καὶ ἐδίδοσαν αὐτῷ ῥαπίσματα. *ἐξῆλ-
θεν οὖν πάλιν ἔξω ὁ πιλᾶτος, καὶ λέγει αὐτοῖς,
ἴδε ἄγω ὑμῖν αὐτὸν ἔξω, ἵνα γνῶτε, ὅτι ἐν αὐτῷ οὐ-
ρσζ δεμίαν αἰτίαν εὑρίσκω. *ἐξῆλθεν οὖν ὁ ἰησοῦς
δ ἔξω, φορῶν τὸν ἀκάνθινον στέφανον, καὶ τὸ πορφυ-
ροῦν ἱμάτιον. καὶ λέγει αὐτοῖς. ἰδοὺ ὁ ἄνθρωπος.
ρτη *ὅτε οὖν εἶδον αὐτὸν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ ὑπηρέται
α ἐκραύγασαν, λέγοντες. σταύρωσον, σταύρωσον. *λέ-
ρτθ γει αὐτοῖς ὁ πιλᾶτος. λαβετε αὐτὸν ὑμεῖς, καὶ
ι σταυρώσατε. *ἐγὼ γὰρ οὐχ εὑρίσκω ἐν αὐτῷ αἰ-
ρζ τίαν. *ἀπεκρίθησαν αὐτῷ οἱ ἰουδαῖοι. ἡμεῖς νό-
θ μον ἔχομεν, καὶ κατὰ τὸν νόμον ἡμῶν ὀφείλει ἀπο-
ρζα θανεῖν, ὅτι ἑαυτὸν υἱὸν θεοῦ ἐποίησεν. *ὅτε οὖν
ι ἤκουσεν ὁ πιλᾶτος τοῦτον τὸν λόγον, μᾶλλον ἐφο-
ρζβ βήθη. καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸ πραιτώριον πάλιν, καὶ
δ λέγει τῷ ἰησοῦ. πόθεν εἶ σύ; ὁ δὲ ἰησοῦς ἀπόκρισιν
ρζγ οὐκ ἔδωκεν αὐτῷ. *λέγει οὖν αὐτῷ ὁ πιλᾶτος,
ι ἐμοὶ οὐ λαλεῖς; οὐκ οἶδας ὅτι ἐξουσίαν ἔχω σταυρῶ-
σαί σε, καὶ ἐξουσίαν ἔχω ἀπολύσαι σε; ἀπεκρίθη
ὁ ἰησοῦς. οὐκ εἶχες ἐξουσίαν κατ' ἐμοῦ, εἰ
μὴ ἦν σοι δεδομένον ἄνωθεν. διὰ τοῦτο ὁ παραδι-
δούς με σοι μείζονα ἁμαρτίαν ἔχει. ἐκ τούτου ἐζή-
τει ὁ πιλᾶτος ἀπολύσαι αὐτόν. οἱ δὲ ἰουδαῖοι
ἔκραζον, λέγοντες. ἐὰν τοῦτον ἀπολύσῃς, οὐκ εἶ
φίλος τοῦ καίσαρος. πᾶς ὁ βασιλέα αὐτὸν ποι-
ῶν, ἀντιλέγει τῷ καίσαρι. ὁ οὖν πιλᾶτος ἀκού-
σας τοῦτον τὸν λόγον, ἤγαγεν ἔξω τὸν ἰησοῦν, καὶ
ἐκάθισεν ἐπὶ τοῦ βήματος εἰς τόπον λεγόμενον
λιθόστρωτον, ἑβραϊστὶ δὲ γαββαθᾶ. ἦν δὲ παρα-
σκευὴ τοῦ πάσχα, ὥρα δὲ ὡσεὶ ἕκτη, καὶ λέγει
ρζδ τοῖς ἰουδαίοις. ἴδε ὁ βασιλεὺς ὑμῶν. *οἱ δὲ ἐκρά-
α γασαν. ἆρον, ἆρον, σταύρωσον αὐτόν. *λέγει αὐ-
ρζε τοῖς ὁ πιλᾶτος, τὸν βασιλέα ὑμῶν σταυρώσω; ἀπε-
ι κρίθησαν οἱ ἀρχιερεῖς. οὐκ ἔχομεν βασιλέα, εἰ μὴ
ρζε καίσαρα. *τότε οὖν παρέδωκεν αὐτὸν αὐτοῖς, ἵνα
α σταυρωθῇ. *παρέλαβον δὲ τὸν ἰησοῦν, καὶ ἀπή-
ρζζ γαγον, καὶ βαστάζων τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, ἐξῆλθεν εἰς
α τὸν λεγόμενον κρανίου τόπον. ὃς λέγεται ἑβραϊστὶ
ρζη γολγοθᾶ, ὅπου αὐτὸν ἐσταύρωσαν. *καὶ μετ' αὐτοῦ
α ἄλλους δύο ἐντεῦθεν καὶ ἐντεῦθεν μέσον δὲ τὸν ἰη-
ρζθ σοῦν. *ἔγραψε δὲ καὶ τίτλον ὁ πιλᾶτος, καὶ ἔθη
α κεν ἐπὶ τοῦ σταυροῦ. ἦν δὲ γεγραμμένον. ἰησοῦς ὁ να-
σ ζωραῖος ὁ βασιλεὺς τῶν ἰουδαίων. *τοῦτον οὖν τὸν τί
ι τλον πολλοὶ ἀνέγνωσαν τῶν ἰουδαίων, ὅτι ἐγγὺς ἦν
τῆς πόλεως ὁ τόπος, ὅπου ἐσταυρώθη ὁ ἰησοῦς. καὶ
ἦν γεγραμμένον ἑβραϊστί, ἑλληνιστί, ῥωμαϊστί. ἔλε-
γον οὖν τῷ πιλάτῳ οἱ ἀρχιερεῖς τῶν ἰουδαίων. μὴ
γράφε, ὁ βασιλεὺς τῶν ἰουδαίων, ἀλλ' ὅτι ἐκεῖνος
εἶπε, βασιλεύς εἰμι τῶν ἰουδαίων. ἀπεκρίθη ὁ πι
λᾶτος. ὃ γέγραφα, γέγραφα. οἱ οὖν στρατιῶται
ὅτε ἐσταύρωσαν τὸν ἰησοῦν, ἔλαβον τὰ ἱμάτια αὐ-
τοῦ, καὶ ἐποίησαν τέσσαρα μέρη, ἑκάστῳ στρατιώ-
τῃ

dædorum. Et dabant ei alapas. Exiuit iterum Pilatꝰ foras, & dicit eis: Ecce adduco uobis eum foras, ut cognoſcatis ꝙ nullã in eo cauſam inuenio. Exiuit ergo Ieſus foras, geſtãs ſpineam coronã, & purpureum pallium. Et dicit eis: Ecce homo. Quum ergo uidiſſent eum pontifices & miniſtri clamabãt, dicentes: Crucifige, crucifige. Dicit eis Pilatꝰ: Accipite eum uos, & crucifigite: ego enim nõ inuenio in eo cauſam. Reſponderunt ei Iudæi: Nos legẽ habemus, & ſecũdum legem noſtram debet mori: quia filiũ dei ſe fecit. Quũ ergo audiſſet Pilatus hunc ſermonẽ, magis timuit: & ingreſſus eſt prætoriũ iterum, & dicit ad Ieſum: Vnde es tu? Ieſus autem reſpõſum non dedit ei. Dicit ergo ei Pilatus: Mihi non loqueris? neſcis ꝙ poteſtatem habeam crucifigẽdi te, & poteſtatẽ habeam abſoluendi te? Reſpondit Ieſus: Non haberes poteſtatẽ aduerſum me ullam, niſi tibi datũ eſſet è ſupernis. Propterea qui me tradidit tibi, maius peccatũ habet. Et ex eo quærebat Pilatus abſoluere eum. Iudæi autem clamabãt, dicentes: Si hunc abſolueris, non es amicus Cæſaris. Quicũq; ſe regẽ facit, cõtradicit Cæſari. Pilatus aũt quum audiſſet hunc ſermonẽ, produxit foras Ieſum, ſeditq; pro tribunali in loco qui dicit̃ Lithoſtrotos, Hebraice aũt Gabbatha. Erat autẽ paraſceue paſchæ, hora fermè ſexta, & dicit Iudæis: Ecce rex ueſter. Illi autẽ clamabant: Tolle, tolle, crucifige eũ. Dicit eis Pilatus: Regem ueſtrum crucifigam? Reſpõderunt pontifices: Non habemus regem, niſi Cæſarem. Tunc ergo tradidit eum illis, ut crucifigeretur. Acceperunt aũt Ieſum, & abduxerunt, atq; is baiulãs crucem ſuam, exiuit in eum, qui dicitur Caluaria, locum, Hebraice aũt Golgotha, ubi crucifixerunt eũ, & cum eo alios duos hinc & hinc, medium aũt Ieſum. Scripſit aũt & titulũ Pilatus, & poſuit ſuper crucem. Erat aũt ſcriptum: Ieſus Nazarenus rex Iudæorum. Hũc ergo titulum multi Iudæorum legerunt, quia prope ciuitatem erat locus ubi crucifixus eſt Ieſus. Et erat ſcriptũ Hebraice & Græce & Latine. Dicebant ergo Pilato põtifices Iudæorum: Noli ſcribere, Rex Iudæorum: ſed ꝙ ille dixerit, Rex ſum Iudæorum. Reſpondit Pilatus: Quod ſcripſi, ſcripſi. Milites ergo quũ crucifixiſſent Ieſum, acceperũt ueſtimenta eius, & fecerũt quatuor partes, unicuiq; militi

τὴν μορφὴν, καὶ τὸν χιτῶνα. ἦν δὲ ὁ χιτὼν ἄραφος ἐκ τῶν ἄνωθεν ὑφάντος δι' ὅλου. εἶπον οὖν πρὸς ἀλλήλους. μὴ σχίσωμεν αὐτὸν, ἀλλὰ λάχωμεν περὶ αὐτοῦ τίνος ἔσται. ἵνα ἡ γραφὴ πληρωθῇ ἡ λέγουσα. διεμερίσαντο τὰ ἱμάτιά μου ἑαυτοῖς, καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔβαλον κλῆρον. οἱ μὲν οὖν στρατιῶται ταῦτα ἐποίησαν. *εἰστήκεισαν δὲ παρὰ τῷ σταυρῷ τοῦ ἰησοῦ ἡ μήτηρ αὐτοῦ, καὶ ἡ ἀδελφὴ τῆς μητρὸς αὐτοῦ μαρία ἡ τοῦ κλωπᾶ, καὶ μαρία ἡ μαγδαληνή. ἰησοῦς οὖν ἰδὼν τὴν μητέρα καὶ τὸν μαθητὴν παρεστῶτα, ὃν ἠγάπα, λέγει τῇ μητρὶ αὐτοῦ. γύναι, ἰδοὺ ὁ υἱός σου. εἶτα λέγει τῷ μαθητῇ. ἰδοὺ ἡ μήτηρ σου. καὶ ἀπ' ἐκείνης τῆς ὥρας ἔλαβεν ὁ μαθητὴς αὐτὴν εἰς τὰ ἴδια. *μετὰ τοῦτο εἰδὼς ὁ ἰησοῦς, ὅτι πάντα ἤδη τετέλεσται, ἵνα τελειωθῇ ἡ γραφὴ, λέγει. διψῶ. σκεῦος οὖν ἔκειτο ὄξους μεστόν. οἱ δὲ πλήσαντες σπόγγον ὄξους καὶ ὑσσώπῳ περιθέντες, προσήνεγκαν αὐτοῦ τῷ στόματι. *ὅτε οὖν ἔλαβε τὸ ὄξος ὁ ἰησοῦς, εἶπε. τετέλεσται. καὶ κλίνας τὴν κεφαλὴν παρέδωκε τὸ πνεῦμα. *οἱ οὖν ἰουδαῖοι, ἐπεὶ παρασκευὴ ἦν, ἵνα μὴ μείνῃ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ τὰ σώματα ἐν τῷ σαββάτῳ, ἦν γὰρ μεγάλη ἡμέρα ἐκείνη τοῦ σαββάτου, ἐρώτησαν τὸν πιλᾶτον, ἵνα κατεαγῶσιν αὐτῶν τὰ σκέλη, καὶ ἀρθῶσιν. ἦλθον οὖν οἱ στρατιῶται, καὶ τοῦ μὲν πρώτου κατέαξαν σκέλη, καὶ τοῦ ἄλλου τοῦ συσταυρωθέντος αὐτῷ. ἐπὶ δὲ τὸν ἰησοῦν ἐλθόντες, ὡς εἶδον αὐτὸν ἤδη τεθνηκότα, οὐ κατέαξαν αὐτοῦ τὰ σκέλη. ἀλλ' εἷς τῶν στρατιωτῶν λόγχῃ αὐτοῦ τὴν πλευρὰν ἔνυξε, καὶ ἐξῆλθεν αἷμα καὶ ὕδωρ. καὶ ὁ ἑωρακὼς μεμαρτύρηκε, καὶ ἀληθινὴ αὐτοῦ ἐστὶν ἡ μαρτυρία. κἀκεῖνος οἶδεν ὅτι ἀληθῆ λέγει, ἵνα καὶ ὑμεῖς πιστεύσητε. ἐγένετο γὰρ ταῦτα, ἵνα ἡ γραφὴ πληρωθῇ. ὀστοῦν οὐ συντριβήσεται αὐτοῦ. καὶ πάλιν ἑτέρα γραφὴ λέγει. ὄψονται εἰς ὃν ἐξεκέντησαν. *μετὰ δὲ ταῦτα ἠρώτησε τὸν πιλᾶτον ὁ ἰωσὴφ ἀπὸ ἀριμαθαίας, ὢν μαθητὴς τοῦ ἰησοῦ, κεκρυμμένος δὲ διὰ τὸν φόβον τῶν ἰουδαίων, ἵνα ἄρῃ τὸ σῶμα τοῦ ἰησοῦ, καὶ ἐπέτρεψεν ὁ πιλᾶτος. *ἦλθε δὲ καὶ νικόδημος ὁ ἐλθὼν πρὸς τὸν ἰησοῦν νυκτὸς τὸ πρῶτον, φέρων μίγμα σμύρνης καὶ ἀλόης ὡσεὶ λίτρας ἑκατόν. *ἔλαβον οὖν τὸ σῶμα τοῦ ἰησοῦ, καὶ ἔδησαν αὐτὸ ὀθονίοις μετὰ τῶν ἀρωμάτων, καθὼς ἔθος ἐστὶ τοῖς ἰουδαίοις ἐνταφιάζειν. ἦν δὲ ἐν τῷ τόπῳ ὅπου ἐσταυρώθη, κήπος, καὶ ἐν τῷ κήπῳ μνημεῖον καινὸν, ἐν ᾧ οὐδέπω οὐδεὶς ἐτέθη. ἐκεῖ οὖν διὰ τὴν παρασκευὴν τῶν ἰουδαίων, ὅτι ἐγγὺς ἦν τὸ μνημεῖον, ἔθηκαν τὸν ἰησοῦν. *τῇ δὲ μιᾷ τῶν σαββάτων μαρία ἡ μαγδαλὴνὴ ὄρθρου βαθέως ἔρχεται πρωΐ, σκοτίας ἔτι οὔσης, εἰς τὸ μνημεῖον

ſiti partẽ & tunicam. Erat aũt tunica incõſutilis, à ſummo contexta per totum. Dixerunt ergo inter ſe: Ne ſcindamus eã, ſed ſortiamur de illa cuius ſit. Vt ſcriptura impleretur, dicens: Partiti ſunt ueſtimenta mea ſibi, & in ueſtem meã miſerunt ſortem. Et milites quidem hæc fecerũt. Stabant aũt iuxta crucẽ Ieſu mater eius, & ſoror matris eius Maria Cleopę, & Maria Magdalene. Quũ uidiſſet ergo Ieſus matrẽ ac diſcipulũ aſtantem, quẽ diligebat dicit matri ſuæ: Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit diſcipulo: Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam diſcipulus in ſua. Poſtea ſciẽs Ieſus, ꝙ omnia iam conſummata eſſent, ut cõſummaretur ſcriptura, dicit: Sitio. Vas igitur erat poſitũ aceto plenum. Illi uero impleuerũt ſpongiã aceto & hyſopo, & impoſitam admouerũt ori eius. Quũ ergo accepiſſet Ieſus acetũ, dixit: Conſummatũ eſt, & inclinato capite tradidit ſpiritum. Iudæi ergo, quoniã parasceue erat, ut non remanerẽt in cruce corpora ſabbato (erat enim magnus dies ille ſabbati) rogauerũt Pilatum, ut frangerẽtur eorum crura, ac tollerẽtur. Venerũt ergo milites, & primi quidem fregerũt crura, & alterius qui crucifixus eſt cum eo. Ad Ieſum autem quum ueniſſent, ut uiderunt eum iam mortuũ, non fregerunt eius crura: ſed unus militum lancea latus eius fodit, & continuo exiuit ſanguis & aqua. Et qui uidit, teſtimoniũ perhibuit, & uerũ eſt teſtimoniũ eius. Et ille ſcit quod uera dicit, ut & uos credatis. Facta ſunt enim hæc, ut ſcriptura impleretur: Os non cõminuetis ex eo. Et rurſus alia ſcriptura dicit: Videbunt in quẽ pupugerunt. Poſt hæc aũt rogauit Pilatũ Ioſeph Arimathienſis, qui erat diſcipulus Ieſu, ſed occultus propter metũ Iudæorũ: ut tolleret corpus Ieſu, idꝙ pmiſit Pilatus. Venit aũt & Nicodemus, qui uenerat ad Ieſum nocte primũ, ferẽs mixturam myrrhæ & aloes ad libras fermè centum. Acceperunt ergo corpus Ieſu, & obuinxerunt illud linteis cũ aromatibus, ſicut mos eſt Iudæis ſepelire. Erat aũt in eo loco ubi crucifixus eſt, hortus, & in horto monumentũ nouum, in quo nondum quiſquã poſitus erat. Ibi ergo propter paraſceuen Iudæorum, quod in propinquo eſſet monumentũ, poſuerũt Ieſum. Vno uero die ſabbatorũ Maria Magdalene uenit mane, quũ adhuc tenebræ eſſent, ad monumentum

μεῖον

μεῖον, καὶ βλέπει τὸν λίθον ἠρμένον ἐκ τοῦ μνη-
σι μείου. *τρέχει οὖν, καὶ ἔρχεται πρὸς σίμωνα πέ
ι τρον, καὶ πρὸς τὸν ἄλλον μαθητὴν, ὃν ἐφίλει ὁ ἰη
σοῦς, καὶ λέγει αὐτοῖς. ἦραν τὸν κύριον ἐκ τοῦ μνη
μείου, καὶ οὐκ οἴδαμεν ποῦ ἔθηκαν αὐτόν. ἐξῆλθεν
οὖν ὁ πέτρος καὶ ὁ ἄλλος μαθητὴς, καὶ ἤρχοντο
εἰς τὸ μνημεῖον. ἔτρεχον δὲ οἱ δύο ὁμοῦ, καὶ ὁ ἄλ-
λος μαθητὴς προέδραμε ταχίον τοῦ πέτρου, καὶ
ἦλθε πρῶτος εἰς τὸ μνημεῖον καὶ παρακύψας
βλέπει κείμενα τὰ ὀθόνια, οὐ μὴν τοι εἰσῆλθεν. ἔρ-
χεται οὖν σίμων πέτρος ἀκολουθῶν αὐτῷ, καὶ εἰ-
σῆλθεν εἰς τὸ μνημεῖον, καὶ θεωρεῖ τὰ ὀθόνια κεί-
μενα, καὶ τὸ σουδάριον, ὃ ἦν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐ
τοῦ, οὐ μετὰ τῶν ὀθονίων κείμενον, ἀλλὰ χωρὶς ἐντε
τυλιγμένον εἰς ἕνα τόπον. τότε οὖν εἰσῆλθε καὶ
ὁ ἄλλος μαθητὴς, ὁ ἐλθὼν πρῶτος εἰς τὸ μνη-
μεῖον, καὶ εἶδε καὶ ἐπίστευσεν. οὐδέπω γὰρ ἤδεισαν
σιὰ *γραφὰς δὲ εἰσήκει πρὸς τὸ μνημεῖον κλαίουσα ἔξω.
α ὡς οὖν ἔκλαιε, παρέκυψεν εἰς τὸ μνημεῖον, καὶ θεω
ρεῖ δύο ἀγγέλους ἐν λευκοῖς, καθεζομένους ἕνα
πρὸς τῇ κεφαλῇ, καὶ ἕνα πρὸς τοῖς ποσὶν, ὅπου ἔ-
σιβ κειντο τὸ σῶμα τοῦ ἰησοῦ. *καὶ λέγουσιν αὐτῇ ἐ-
ι κεῖνοι. γύναι, τί κλαίεις; λέγει αὐτοῖς, ὅτι ἦραν τὸν
κύριόν μου, καὶ οὐκ οἶδα ποῦ ἔθηκαν αὐτόν. καὶ ταῦ
τα εἰποῦσα ἐστράφη εἰς τὰ ὀπίσω. καὶ θεωρεῖ τὸν
ἰησοῦν ἑστῶτα, καὶ οὐκ ἤδει ὅτι ὁ ἰησοῦς ἐστι. λέγει αὐ
τῇ ὁ ἰησοῦς. γύναι, τί κλαίεις; τίνα ζητεῖς; ἐκείνη
δοκοῦσα ὅτι ὁ κηπουρός ἐστι, λέγει αὐτῷ. κύριε, εἰ
σὺ ἐβάστασας αὐτὸν, εἰπέ μοι ποῦ αὐτὸν ἔθηκας,
κἀγὼ αὐτὸν ἀρῶ. λέγει αὐτῇ ὁ ἰησοῦς. μαρία. στρα
φεῖσα ἐκείνη, λέγει αὐτῷ. ῥαββουνὶ, ὃ λέγεται δι-
δάσκαλε. λέγει αὐτῇ ὁ ἰησοῦς. μή μου ἅπτου. οὔπω
γὰρ ἀναβέβηκα πρὸς τὸν πατέρα μου. πορεύου δὲ
πρὸς τοὺς ἀδελφούς μου, καὶ εἰπὲ αὐτοῖς. ἀναβαίνω
πρὸς τὸν πατέρα μου καὶ πατέρα ὑμῶν, καὶ θεόν
μου καὶ θεὸν ὑμῶν. ἔρχεται μαρία ἡ μαγδαληνὴ,
ἀναγγέλουσα τοῖς μαθηταῖς, ὅτι ἑώρακε τὸν κύ-
σιγ ριον, καὶ ταῦτα εἶπεν αὐτῇ. *οὔσης οὖν ὀψίας τῇ
θ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων καὶ τῶν θυρῶν
κεκλεισμένων, ὅπου ἦσαν οἱ μαθηταὶ συνηγμένοι
διὰ τὸν φόβον τῶν ἰουδαίων, ἦλθεν ὁ ἰησοῦς, καὶ ἔστη
εἰς τὸ μέσον, καὶ λέγει αὐτοῖς. εἰρήνη ὑμῖν. καὶ τοῦτο
εἰπὼν, ἔδειξεν αὐτοῖς τὰς χεῖρας καὶ τὴν πλευρὰν
σιδ αὐτοῦ. *ἐχάρησαν οὖν οἱ μαθηταὶ, ἰδόντες τὸν
ι κύριον. εἶπεν οὖν αὐτοῖς ὁ ἰησοῦς πάλιν. εἰρήνη
ὑμῖν. καθὼς ἀπέσταλκέ με ὁ πατὴρ, κἀγὼ πέμ-
σιε πω ὑμᾶς. καὶ τοῦτο εἰπὼν, ἐνεφύσησε, καὶ λέγει αὐ
ζ τοῖς. λάβετε πνεῦμα ἅγιον. *ἄν τινων ἀφῆτε
σις τὰς ἁμαρτίας, ἀφέωνται αὐτοῖς, ἄν τινων κρατῆ-
τε, κεκράτηνται. *θωμᾶς δὲ εἷς ἐκ τῶν δώδεκα,
ὁ λεγό

numentũ,uidetq; lapidem ſublatũ à monu-
mento.Currit ergo & uenit ad Simonẽ Pe-
trum,& ad alterũ illum diſcipulũ,quẽ ama
bat Ieſus,& dicit illis:Suſtulerũt dominũ è
monumẽto,& neſcimus ubi poſuerint eũ.
Exĳt ergo Petrus & ille alius diſcipulus,&
uenerũt ad monumentũ.Currebãt aũt duo
ſimul,& ille alius diſcipulus præcucurrit ci
tius Petro,uenitq; prior ad monumentũ.Et
quũ ſe inclinaſſet,uidit poſita linteamina,
non tamẽ introiuit.Venit ergo Simon Pe-
trus ſequẽs eũ & introiuit in monumentũ,
& uidit linteamina poſita,& ſudariũ quod
fuerat ſup caput eius nõ cum linteaminib⁹
poſitũ,ſed ſeparatim inuolutũ in unũ locũ.
Tunc ergo introiuit & ille alius diſcipulus,
qui uenerat prior ad monumẽtũ,uiditq; &
credidit:nondũ enim nouerant ſcripturã,q;
oportuiſſet eũ à mortuis reſurgere.abierũt
ergo rurſus diſcipuli ad ſemetipſos.Maria
aũt ſtabat ad monumẽtũ foris plorãs.Dum
ergo fleret,inclinauit ſe in monumẽtũ,& ui
det duos ãgelos amictos albis,ſedẽtes unũ
ad caput,& alterũ ad pedes illic,ubi poſue-
rãt corpus Ieſu.Dicũt ei illi:Mulier,q̃d plo
ras?Dicit eis:Suſtulerũt dominũ meũ,nec
ſcio ubi poſuerũt eũ.Hæc quũ dixiſſet,con
uerſa eſt retrorſũ,& uidet Ieſum ſtantẽ,nec
ſciebat q; Ieſus eſſet.Dicit ei Ieſus:Mulier,
quid ploras?Quẽ quæris?Illa exiſtimãs q;
hortulanus eſſet,dicit ei:Dñe,ſi tu aſporta-
ſti eum,dicito mihi ubi poſueris eũ,& ego
eũ tollã.Dicit ei Ieſus:Maria.Cõuerſa illa,
dicit ei:Rabboni.quod dicit̃ magiſter.Di-
cit ei Ieſus:Noli me tãgere.Nõdũ em̃ aſcẽ-
di ad patrẽ meũ.Sed uade ad fratres meos,
& dic eis:Aſcẽdo ad patrẽ meũ & patrẽ ue
ſtrũ,& deũ meũ,& deũ ueſtrũ.Venit Ma-
ria Magdalene,annunciãs diſcipulis q; ui
diſſet dominũ,& ea dixiſſet ſibi.Quũ ergo
ueſpera eſſet die illo qui erat unus ſabbato
rum,& fores eſſent clauſæ,ubi erãt diſcipu
li cõgregati propter metũ Iudęorũ,uenit Ie
ſus,ſtetitq; in medio & dicit eis:Pax uobis.
Et quũ hæc dixiſſet,oſtẽdit eis manus ac la
tus ſuũ.Gauiſi ſunt ergo diſcipuli,uiſo do-
mino.Dixit ergo eis iterũ:Pax uobis.Sicut
miſit me pater,ita & ego mitto uos.Hæc
quũ dixiſſet,flauit in eos & dicit eis:Accipi
te ſpiritũ ſãctũ.Quorũcũq; remiſeritis pec
cata,remittunt̃ eis:quorũcũq; retinueritis,
retẽta ſunt.Thomas aũt un⁹ ex duodecim,

ὁ λεγόμενος Δίδυμος, οὐκ ἦν μετ' αὐτῶν ὅτε ἦλθεν ὁ Ἰησοῦς. ἔλεγον οὖν αὐτῷ οἱ ἄλλοι μαθηταί, ἑωράκαμεν τὸν Κύριον. ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς, ἐὰν μὴ ἴδω ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ τὸν τύπον τῶν ἥλων, καὶ βάλω τὸν δάκτυλόν μου εἰς τὸν τύπον τῶν ἥλων, καὶ βάλω τὴν χεῖρά μου εἰς τὴν πλευρὰν αὐτοῦ, οὐ μὴ
σιζ πιστεύσω. *καὶ μεθ' ἡμέρας ὀκτὼ πάλιν ἦσαν ἔσω
θ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, καὶ Θωμᾶς μετ' αὐτῶν. ἔρχεται ὁ Ἰησοῦς τῶν θυρῶν κεκλεισμένων, καὶ ἔστη εἰς τὸ μέσον, καὶ εἶπεν. εἰρήνη ὑμῖν. εἶτα λέγει τῷ Θωμᾷ, φέρε τὸν δάκτυλόν σου ὧδε, καὶ ἴδε τὰς χεῖράς μου, καὶ φέρε τὴν χεῖρά σου, καὶ βάλε εἰς τὴν πλευράν μου, καὶ μὴ γίνου ἄπιστος, ἀλλὰ πιστός.
σιη *ἀπεκρίθη ὁ Θωμᾶς, καὶ εἶπεν αὐτῷ. ὁ κύριός μου καὶ ὁ
ι θεός μου. λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, ὅτι ἑώρακάς με Θωμᾶ, πεπίστευκας, μακάριοι οἱ μὴ ἰδόντες καὶ πιστεύσαντες. πολλὰ μὲν οὖν καὶ ἄλλα σημεῖα ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς ἐνώπιον τῶν μαθητῶν αὐτοῦ ἃ οὐκ ἔστι γεγραμμένα ἐν τῷ βιβλίῳ τούτῳ. ταῦτα δὲ γέγραπται, ἵνα πιστεύσητε, ὅτι ὁ Ἰησοῦς ἐστιν ὁ χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, καὶ ἵνα πιστεύοντες ζωὴν ἔχητε ἐν
σιθ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ. *μετὰ ταῦτα ἐφανέρωσεν
θ ἑαυτὸν πάλιν ὁ Ἰησοῦς τῇ θαλάσσῃ τῆς Τιβεριάδος. ἐφανέρωσε δὲ οὕτως. ἦσαν ὁμοῦ Σίμων Πέτρος καὶ Θωμᾶς, ὁ λεγόμενος Δίδυμος, καὶ Ναθαναὴλ ὁ ἀπὸ Κανᾶ τῆς Γαλιλαίας, καὶ οἱ τοῦ Ζεβεδαίου, καὶ ἄλλοι ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ δύο. λέγει αὐτοῖς Σίμων Πέτρος. ὑπάγω ἁλιεύειν. λέγουσιν αὐτῷ. ἐρχόμεθα καὶ ἡμεῖς σοὶ σύν. ἐξῆλθον καὶ ἀνέβησαν εἰς τὸ πλοῖον εὐθύς, καὶ ἐν ἐκείνῃ τῇ νυκτὶ ἐπίασαν οὐδέν. πρωΐας δὲ ἤδη γενομένης, ἔστη ὁ Ἰησοῦς εἰς τὸν αἰγιαλόν, οὐ μέντοι ἤδεισαν οἱ μαθηταί, ὅτι Ἰησοῦς ἐστιν. λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς. παιδία μή τι προσφάγιον ἔχετε. ἀπεκρίθησαν αὐτῷ, οὔ. ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς. βάλετε εἰς τὰ δεξιὰ μέρη τοῦ πλοίου τὸ δίκτυον, καὶ εὑρήσετε. ἔβαλον οὖν, καὶ οὐκέτι αὐτὸ ἑλκύσαι ἴσχυσαν ἀπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἰχ-
σκ θύων. *λέγει οὖν ὁ μαθητὴς ἐκεῖνος, ὃν ἠγάπα ὁ
ι Ἰησοῦς, τῷ Πέτρῳ. ὁ κύριός ἐστι. Σίμων οὖν Πέτρος ἀκούσας, ὅτι ὁ κύριός ἐστι, τὸν ἐπενδύτην διεζώσατο, ἦν γὰρ γυμνός, καὶ ἔβαλεν ἑαυτὸν εἰς τὴν θάλασσαν. οἱ δὲ ἄλλοι μαθηταὶ τῷ πλοιαρίῳ ἦλθον. οὐ γὰρ ἦσαν μακρὰν ἀπὸ τῆς γῆς, ἀλλ' ὡς ἀπὸ πηχῶν
σκα διακοσίων, σύροντες τὸ δίκτυον τῶν ἰχθύων. *ὡς
θ οὖν ἀπέβησαν εἰς τὴν γῆν, βλέπουσιν ἀνθρακιὰν κειμένην, καὶ ὀψάριον ἐπικείμενον καὶ ἄρτον. λέ-
σκβ γει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς. ἐνέγκατε ἀπὸ τῶν ὀψαρίων ὧν
θ ἐπιάσατε νῦν. *ἀνέβη Σίμων Πέτρος, καὶ εἵλ-
σκγ κυσε τὸ δίκτυον ἐπὶ τῆς γῆς, μεστὸν ἰχθύων μεγά-
θ λων ἑκατὸν πεντηκοντατριῶν, καὶ τοσούτων ὄντων, οὐκ ἐσχίσθη τὸ δίκτυον. *λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰη-
σκδ σοῦς. δεῦτε ἀριστήσατε. *οὐδεὶς δὲ ἐτόλμα τῶν μα-
θητῶν

qui dicitur Didymus, non erat cũ eis quando uenit Iesus. Dixerunt ergo ei alij discipuli: Vidimus dominũ. Ille autẽ dixit eis: Nisi uidero in manibus eius uestigiũ clauorũ, & mittam digitum meum in uestigium clauorum, & mittã manũ meam in latus eius, non credam. Et post dies octo iterum erant discipuli eius intus, & Thomas cũ eis. Venit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio, & dixit: Pax uobis. Deinde dicit Thomæ: Infer digitũ tuum huc, & uide manus meas, & admoue manũ tuam, & immitte in latus meum, & noli esse incredulus, sed credens. Respondit Thomas, & dixit ei: Dominus meus & deus meus. Dicit ei Iesus: Quia uidisti me Thoma, credidisti: beati qui non uiderunt & crediderũt. Multa quidem & alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum, quæ non sunt scripta in libro hoc. Hæc aũt scripta sunt, ut credatis, ꝙ Iesus est Christus ille filius dei, & ut credẽtes uitam habeatis per nomen eius. Postea manifestauit se iterum Iesus ad mare Tyberiadis, Manifestauit aũt sic. Erant simul Simon Petrus & Thomas, qui dicit̃ Didymus: & Nathanael, ꝙ erat à Cana Galilææ, & filij Zebedei, alijq; ex discipulis eius duo. Dicit eis Simon Petrus: Vado piscatũ. Dicũt ei: Venimus & nos tecum. Exierũt & ascenderũt in nauim statim, & illa nocte nihil ceperũt. Mane aũt iã facto stetit Iesus in littore, non tamen cognouerũt discipuli, ꝙ Iesus esset. Dicit eis Iesus: Pueri, num quid opsonij habetis? Respõderũt ei: Non. At ille dicit eis: Mittite in dexterã nauigij partẽ rete, & inuenietis. Miserunt ergo & iã non ualebant illud trahere præ multitudine piscium. Dicit ergo discipulus ille quẽ diligebat Iesus, Petro: Dominus est. Simõ ergo Petrus quũ audisset quòd dominus esset, tunica succinxit se, erat enim nudus, & misit se in mare. Alij autẽ discipuli nauigiolo uenerunt: non enim longe aberant à terra, sed circiter cubitis ducentis, trahẽtes rete piscium. Vt ergo descenderũt in terram, uiderunt prunas positas, & piscem superpositũ, & panem. Dicit eis Iesus: Afferte de piscibus quos prendidistis nunc. Ascendit Simon Petrus, & traxit rete in terram, plenum magnis piscibus centum quinquagintatribus. Et quum tot essent, non est scissum rete. Dicit eis Iesus: Venite, prandete. Et nemo discipulorum

θητῶν ἐξετάσαι αὐτὸν. σὺ τίς εἶ; εἰδότες, ὅτι ὁ
σκε κύριός ἐστιν. *ἔρχεται οὖν ὁ ἰησοῦς, καὶ λαμβά-
θ νει τὸν ἄρτον, καὶ δίδωσιν αὐτοῖς καὶ τὸ ὀψάριον
σκς ὁμοίως. *τοῦτο ἤδη τρίτον ἐφανερώθη ὁ ἰησοῦς
ι τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, ἐγερθεὶς ἐκ νεκρῶν. ὅτε οὖν
ἠρίστησαν, λέγει τῷ σίμωνι πέτρῳ ὁ ἰησοῦς. σίμων
ἰωάννου, ἀγαπᾷς με πλεῖον τούτων; λέγει αὐτῷ.
σκζ ναὶ κύριε, σὺ οἶδας ὅτι φιλῶ σε. λέγει αὐτῷ. *βό
θ σκε τὰ ἀρνία μου. λέγει αὐτῷ πάλιν δεύτερον.
σκη *σίμων ἰωάννου, ἀγαπᾷς με; λέγει αὐτῷ. ναί κύ-
ι ριε. σὺ οἶδας ὅτι φιλῶ σε. λέγει αὐτῷ. *ποίμαι-
σκθ νε τὰ πρόβατά μου. λέγει αὐτῷ τὸ τρίτον. *σίμων
θ ἰωάννου, φιλεῖς με; ἐλυπήθη ὁ πέτρος, ὅτι εἶπεν
σλ αὐτῷ τὸ τρίτον, φιλεῖς με, καὶ εἶπεν αὐτῷ. κύριε,
ι σὺ πάντα οἶδας, σὺ γινώσκεις ὅτι φιλῶ σε. λέ-
σλα γει αὐτῷ ὁ ἰησοῦς. *βόσκε τὰ πρόβατά μου. *ἀ-
θ μὴν ἀμὴν λέγω σοι, ὅτε ἦς νεώτερος, ἐζώννυες σε
σλβ αὐτὸν, καὶ περιεπάτεις ὅπου ἤθελες, ὅτε δὲ γη-
ράσῃς, ἐκτενεῖς τὰς χεῖράς σου, καὶ ἄλλος σε ζώ-
σει, καὶ οἴσει ὅπου σὺ θέλεις. τοῦτο δὲ εἶπε, σημαίνων
ποίῳ θανάτῳ δοξάσει τὸν θεόν. καὶ τοῦτο εἰπὼν,
λέγει αὐτῷ. ἀκολούθει μοι. ἐπιστραφεὶς δὲ ὁ πέ-
τρος, βλέπει τὸν μαθητὴν, ὃν ἠγάπα ὁ ἰησοῦς,
ἀκολουθοῦντα, ὃς καὶ ἀνέπεσεν ἐν τῷ δείπνῳ
ἐπὶ τὸ στῆθος αὐτοῦ, καὶ εἶπε. κύριε, τίς ἐστιν ὁ πα
ραδιδούς σε; τοῦτον ἰδὼν ὁ πέτρος, λέγει τῷ ἰη-
σοῦ. κύριε οὗτος δὲ τί; λέγει αὐτῷ ὁ ἰησοῦς. ἐὰν αὐ
τὸν θέλω μένειν ἕως ἔρχομαι, τί πρός σε; σὺ ἀκο-
λούθει μοι. ἐξῆλθεν οὖν ὁ λόγος οὗτος εἰς τοὺς ἀ-
δελφούς, ὅτι ὁ μαθητὴς ἐκεῖνος οὐκ ἀποθνήσκει. καὶ
οὐκ εἶπεν αὐτῷ ὁ ἰησοῦς, ὅτι οὐκ ἀποθνήσκει, ἀλλ'
ἐὰν αὐτὸν θέλω μένειν ἕως ἔρχομαι, τί πρός σε; ὅ-
τος ἐστὶν ὁ μαθητὴς, ὁ μαρτυρῶν περὶ τούτων, καὶ
γράψας ταῦτα. καὶ οἴδαμεν, ὅτι ἀληθής ἐστιν ἡ
μαρτυρία αὐτοῦ. ἔστι δὲ καὶ ἄλλα πολλὰ ὅσα ἐποίη
σεν ὁ ἰησοῦς, ἅτινα ἐὰν γράφηται καθ' ἕν, οἶδα δὲ αὐ
τὸν οἶμαι τὸν κόσμον χωρῆσαι τὰ γραφόμενα
βιβλία.

rum audebat interrogare eum, *dicens*: Tu qs es? quũ scirẽt q dominus esset. Venit itaq; Iesus, & accipit panem, & dat eis, & piscem similiter. Hac tã tertia uice manifestatus est Iesus discipulis suis quũ resurrexisset à mortuis. Quum ergo prandissent, dicit Simoni Petro Iesus: Simon Ioannes, diligis me plus q̃ hi? Dicit ei: Etiã domine, tu scis q amem te. Dicit ei: Pasce agnos meos. Dicit ei rursus iterũ: Simõ Ioannis, diligis me? Ait illi: Etiam domine, tu scis q amem te. Dicit ei: Pasce oues meas. Dicit ei tertio: Simõ Ioannis, amas me? Indoluit Petrus, q dixisset sibi tertio, Amas me: dixitq; ei, Domine, tu omnia nosti, tu scis q amem te. Dicit ei Iesus: Pasce oues meas. Amen amẽ dico tibi, quum esses iunior, cingebas te, & ambulabas quò uolebas: quum aũt senueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quò non uis. Hoc aũt dixit, significans qua morte glorificaturus esset deum. Et quum hoc dixisset, dicit ei: Sequere me. Cõuersus Petrus, uidet illũ discipulũ, quem diligebat Iesus, sequẽtem, qui & recubuit in cœna super pectus eius, & dixit: Domine, qs est ille qui tradit te? Hunc ergo quum uidisset Petrus, dicit Iesu: Domine, hic aũt quid? Dicit ei Iesus, Si eum uelim manere donec ueniã, qd ad te? Tu me sequere. Exĩt ergo sermo inter fratres, q discipulus ille non moreret. Et nõ dixerat ei Iesus, Non moritur: sed, Si eum uelim manere donec ueniam, quid ad te? Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his, & scripsit hæc. Et scimus q uerum est testimoniũ eius. Sunt aũt & alia multa quæ fecit Iesus: quæ si scribantur per singula, nec ipse, opinor, mundus caperet eos qui scriberentur libros.

ΤΕΛΟΣ FINIS

ΑΠΟΔΗΜΙΑ ΠΑΥΛΟΥ ΤΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΟΥ

ΑΠΟ ΔΑΜΑΣΚΟΥ ἤρξατο, καὶ ἀπῆλθεν εἰς ἱερουσαλήμ, ἐκεῖθεν εἰς ταρσόν, καὶ ἐκεῖθεν εἰς ἀντιόχειαν. καὶ πάλιν εἰς ἱερουσαλήμ, καὶ πάλιν εἰς ἀντιόχειαν. καὶ κεῖθεν ἀφορισθεὶς μετὰ βαρναβᾶ εἰς τὴν ἀποστολήν, κατῆλθεν εἰς σελεύκειαν, ἔπειτα εἰς κύπρον, ἔνθα καὶ παῦλος ἤρξατο καλεῖσθαι. ἔπειτα εἰς πέργην, ἔπειτα εἰς ἀντιόχειαν τῆς πισιδίας, ἔπειτα εἰς ἰκόνιον, ἔπειτα εἰς λύστραν καὶ δέρβην τῆς λυκαονίας, ἔπειτα εἰς παμφυλίαν, ἔπειτα πάλιν εἰς πέργην, ἔπειτα εἰς ἀττάλειαν, ἔπειτα πάλιν τρίτον εἰς ἀντιόχειαν τῆς συρίας, ἔπειτα πάλιν τρίτον εἰς ἱερουσαλὴμ διὰ τὴν πεντηκοστήν. ἔπειτα πάλιν τέταρτον εἰς ἀντιόχειαν. ἔπειτα διῆλθε τὴν συρίαν κατὰ τὴν κιλικίαν. ἔπειτα πάλιν διὰ τρίτον εἰς δέρβην καὶ λύστραν, ἔνθα τὸν τιμόθεον περιέτεμεν, ἔπειτα εἰς τὴν φρυγίαν καὶ γαλατικὴν χώραν, ἔπειτα εἰς μυσίαν, ἔπειτα εἰς τρωάδα. κἀκεῖθεν εἰς νεάπολιν, ἔπειτα εἰς φίλιππον τῆς μακεδονίας. ἔπειτα διελθὼν τὴν ἀμφίπολιν καὶ τὴν ἀπολλωνίαν, ἦλθεν εἰς θεσσαλονίκην, ἔπειτα εἰς βέρροιαν, ἔπειτα εἰς ἀθήνας, ἔπειτα εἰς κόρινθον, ἔπειτα εἰς ἔφεσον, ἔπειτα εἰς καισάρειαν, ἔπειτα διὰ τρίτον εἰς ἀντιόχειαν τῆς πισιδίας, ἔπειτα εἰς τὴν γαλατικὴν χώραν καὶ φρυγίαν. ἔπειτα πάλιν διὰ τρίτον εἰς ἔφεσον, ἔπειτα διελθὼν τὴν μακεδονίαν, ἦλθεν εἰς ἑλλάδα. κἀκεῖθεν διελθὼν τὴν μακεδονίαν, ἦλθε πάλιν διὰ τρίτον εἰς φιλίππους, καὶ ἀπὸ φιλίππων πάλιν εἰς τρωάδα, ἔνθα καὶ τὸν ἐυτυχον ἤγειρε πεσόντα. ἔπειτα εἰς τὴν ἄσσον, ἔπειτα εἰς μιτυλήνην, ἔπειτα εἰς τὰ ἀντικρὺ χίου, ἔπειτα εἰς σάμον, κἀκεῖθεν εἰς μίλητον. ἐκεῖθεν μετεπεμψάμενος οὖν ἐν ἐφέσῳ ὠμίλησεν αὐτοῖς. ἔπειτα εἰς κῶ, ἔπειτα εἰς ῥόδον, κἀκεῖθεν εἰς πάταρα, κἀκεῖθεν εἰς τύρον, ἔπειτα εἰς πτολεμαΐδα, κἀκεῖθεν εἰς καισάρειαν, κἀκεῖθεν πάλιν τέταρτον ἀνῆλθεν εἰς ἱερουσαλήμ. κἀκεῖθεν παρεπέμφθη εἰς καισάρειαν, καὶ λοιπὸν δέσμιος ὑπὸ ῥωμαίων. οὕτως δὲ καισαρείας ἦλθεν εἰς σιδῶνα, κἀκεῖθεν εἰς μύρα τῆς λυκίας, ἔπειτα εἰς κνίδον. κἀκεῖθεν πολλὰ παθὼν, ἦλθεν εἰς τὴν νῆσον, ὥστε ἡ ἐχιδνα καθήψατο τῆς χειρὸς αὐτοῦ, καὶ ἔμεινεν ἀβλαβής. ἔπειτα εἰς συρακούσας, ἔπειτα εἰς ῥήγιον τῆς καλαβρίας, ἔπειτα εἰς ποτίολους, κἀκεῖθεν πεζὸς ἀνῆλθεν εἰς ῥώμην, ἀπαντησάντων αὐτῷ τῶν ἀδελφῶν εἰς ἀππίου φόρον καὶ τρεῖς ταβέρνας. καὶ λοιπὸν εἰσελθὼν εἰς ῥώμην, καὶ διαλεξάμενος χρόνον ἱκανόν, ὕστερον ἐν αὐτῇ τῇ ῥώμῃ ἐμαρτύρησεν, αὐτόθι τὸν καλὸν ἀγῶνα ἀγωνισάμενος. ῥωμαῖοι δὲ πολυκαλλέσιν οἴκοις καὶ βασιλείοις τὰ λείψανα τούτου καθείρξαντες, ἐπέτρεψαν αὐτῷ μνήμης ἡμέραν πανηγυρίζειν τῇ πρὸ τριῶν καλανδῶν ἰουλίων, ἐκτῳ τῶν ὅλων μηνὶ ὃν μαρτύριον ἑορτάζοντες. πολλὰς δὲ καὶ πρὸ τούτου ἤδη παραινέσεις ὑπὲρ τε βίου καὶ ἀρετῆς ὁ μακάριος ἐποιήσατο, καὶ πολλὰ πρὸ τῶν πραπτέων τοῖς ἀνθρώποις εἰσηγήσατο. ἔτι δὲ ὅλως καὶ διὰ τῆς ὑφῆς τῶν δεκατεσσάρων ἐπιστολῶν τούτων τὴν ὅλην ἀνθρώποις διέγραψε πολιτείαν. ἀναγκαῖον δὲ ἡγησάμην γὰρ βραχεῖ καὶ τὸν χρόνον ἐπισημειώσασθαι τὸ μαρτύριον τοῦ παύλου, ἐκ τῆς χρονικῆς κανόνων δυσεβίου τοῦ παμφίλου τὴν ἀνακεφαλαίωσιν ποιήσαντος. ἔνθα δὴ τὴν βίβλον μετὰ χεῖρας εἰληφὼς, καὶ τούτῳ ἀναπτύξας, ἐυρίσκω τὸ πάθος τοῦ σωτῆρος ἡμῶν καὶ ἰησοῦ χριστοῦ ἐν ὀκτωκαιδεκάτῳ ἔτει πρεσβεύοντος καίσαρος γναίου νέρωνος, καὶ τὴν τριακοστὴν δὲ δυὰς ἀναλῦσαι, καὶ πάλιν τὴν εἰς οὐρανὸς ἀνάληψιν τοῦ χριστοῦ. καὶ μεθ' ἡμέρας τινὰς ὀλίγας εἶδον ἐκεῖ οἱ ἀρχόντες προχειριζομένους εἰς διακονίαν, τὸν ἀποφθόνυμον στέφανον, καὶ οἱ ἀμφ' αὐτόν. καὶ μετέπειτα σπεύδοντα ἱεροσολύμων πάλιν καταλαμβάνω, καθὼς ἤδη προείπομεν, καὶ τὸ στέφανον ἀγωνιζόμενον ἐκεῖσε. καὶ τὸ παῦλον σωφρονοῦντα πάνυ τῷ φόνῳ. ὃς μακρὸν ὕστερον τοῖς ἀρχουσι τῶν ἱεροσολύμων παρασὰς, ὠμοτάτως ἐκομήτευσε πρὸς οὓς ἐν διαμασκῷ ἱεροσολύμων κατὰ τῶν μαθητῶν. κατὰ μέσον δὲ τὸν ὁδὸν ἡ ἐλπὶς αὐτοῦ γεγόνηται παρὰ τοῦ θεοῦ, ὡς μικρῷ πρόσπαλωδῶσαι τὸ ἔτος ἐκεῖνο. ὡς λαβομένου δὴ τὰ τοῦ ἑνὸς καὶ δεκάτου ἔτους νέρωνος, κατάρξασθαι τὸν παῦλον τοῦ κηρύγματος φησὶν ἡ ἰσοεία, καὶ τὴν ἅπασαν οἰκουμένην διαθρασεῖν διαγγελιζομένου τὴν εἰς χριστὸν διαβεβαίαν μέχρις τεσσαρεσκαιδεκάτου ἔτους ἐλαυδίου καίσαρος, ἡγεμονεύοντος τότε τῆς ἰουδαίας φήλικος. ἐφ' ὃ καὶ κατηγορηθεὶς ὑπὸ ἰουδαίων, τὴν ἀπολογίαν ἐποιήσατο παῦλος. ὃς δὴ τὰ ἀπόστολον εἰς τὴν καισάρειαν διαμωτήσιον κατείργων ὑπὸ λυσίου ἔτεσι. μεθ' ὃν διαδεξαμένου τὴν ἀρχὴν πόρκιος φῆστος, δυσὶ ἀνακείνειν ὥρμησε τὰ ἀποστολον, τοῖς ἰουδαίοις ἐν τούτῳ μεγίστην χάριν καταθέμενος. τότε οὖν ὁ μακάριος νομίσας ἐκ ἄλλως ἀπαλλαγήσεσθαι ῥᾳδίως βελῆς, ἢ καίσαρα ὠνομασάμενος, ἐστὼς ὑπὸ τὸ βήματος ἐπεκαλέσατο καίσαρα. καὶ εἰς ῥώμην ἐκπέμπεται πρὸς νέρωνα καίσαρα. σωτὴρ δὲ αὐτῷ καὶ ἀρίσαρχος, οὓς καὶ εἰκότως συναιχμάλωτόν φησι τῶν ὑπηρετῶν ἀσπάζεται. καὶ λουκᾶς, ὁ τὰς πράξεις τῶν ἀποστόλων γράφων πραδίδς. διὰ ἐκεῖσε οὖν ὑπὸ τῆς ῥωμαίων ὁ παῦλος διετίαν ὅλην ἐφυλάχθη. ταῦτα γὰρ καὶ μέχρι τούτων ἱστορεῖ λουκᾶς ἐν ταῖς πράξεσι τῶν ἀποστόλων, κατ' ἐκείνον καιρὸν τὸ βιβλίον συγγραψάμενος. καὶ τὰ κατ' ἐξῆς ἴσασι τότε γινώσκων, ὅτε τὸ μαρτύριον αὐτοῦ ἐγκατέθετο τῇ βίβλῳ. καταλιπόντος γὰρ αὐτὸν ἐκεῖσε λουκᾶς τε

καὶ

καὶ ἀεὶ σαρκὸς ἦλθον. δυσέβιος δὲ ὢν μετὰ ταῦτα χρόνου ἀκριβῶς πολυργασάμενος, ἐπόρκου ἡμῖν καὶ ὢν τοῦ δυτόρου τόμου τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας τότε καὶ τὸ μαρτύριον. καὶ φησὶν ὁ παῦλος ἀνδρὶ δικαίῳ καὶ τοῦ θεοῦ λόγον ἀκωλύτως κηρύξαι, ὥστε μηδὲ οὕτω ὑπὸ νέρωνος ἀπολογησάμενον τὸν παῦλον, αὖθις ὑπὸ τοῦ κηρύγματος δικαιονίαν λόγος ἔχει σέλαθαι τὸν καίσαρος ἀπολυθέντα, καὶ δυαγγελίσασθαι ἐφ' ἑτέροις δέκα ἔτεσιν. εἰς ἄκρον δὲ μανίας ὁ νέρων ἀφικόμενος, ἀνεῖλε μὲν ἀγριππίναν πρῶτα τὴν ἰδίαν μητέρα, ἔπι δὲ καὶ τὴν ἀδελφὴν τοῦ πατρός, καὶ ὀκταυίαν τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα, καὶ ἄλλους μυρίους τοῦ χρόνου προσήκοντας. μετὰ ταῦτα δὲ καθολικὸν ἐκίνησε διωγμὸν κατὰ τῶν χριστιανῶν, καὶ ὅτως αὖθις τὰς κατὰ τῶν ἀποστόλων ἐπήρθη σφαγάς. μεταπεμπόμενος γὰρ τὸν παῦλον αὖθις, τῷ βήματι παρίστα. συνῆλθε δὲ πάλιν ὁ λοῦκας αὐτῷ. ἐνθα δὴ συνέβη τὸν παῦλον τριακοστῷ ἕκτῳ ἔτει τοῦ σωτηρίου πάθους, τρισκαιδεκάτῳ δὲ νέρωνος μαρτυρῆσαι, ξίφει τὴν κεφαλὴν ἀποτμηθέντα. ἔστι τοίνυν ἀπὸ τοῦ ἐνενηκαιδεκάτου ἔτους τῆς βασιλείου καίσαρος ἀφ' οὗ κηρύσσειν τὸ δυαγγέλιον ἤρξατο, ἕως τοῦ εἰκοστοῦ δυτόρου ἔτη τέσσαρα, καὶ τὰ γαῖου δὲ ὡσαύτως ἔτη τέσσαρα. αὖθις δὲ καὶ τὰ λαυδίκης ἔτη μακρὸν ἐλαττῶν τεσσάρων καὶ δέκα. ὃν διαδεξαμένου νέρωνος τρισκαιδεκάτῳ ἔτει τῆς ἑαυτοῦ ἀρχῆς, τὸν ἀπόστολον ἀνεῖλε. γράφει οὖν ὁ αὐτὸς ἀπόστολος παῦλος τιμοθέῳ, περὶ μὲν τῆς πρώτης αὐτοῦ ἀπολογίας, φάσκων τάδε. ἐν τῇ πρώτῃ μου ἀπολογίᾳ, οὐδείς μοι συμπαρεγένετο, ἀλλὰ πάντες με ἐγκατέλιπον, μὴ αὐτοῖς λογισθείη, ὁ δὲ κύριός μοι παρέστη, καὶ ἐνεδυνάμωσέ με, ἵνα δι' ἐμοῦ τὸ κήρυγμα πληροφορηθῇ, καὶ ἀκούσωσι πάντα τὰ ἔθνη. ᾧ ἐρρύσθην ἐκ στόματος λέοντος, ἤτοι μὲν λέγων αὐτὸν τὸν νέρωνα. περὶ δὲ τῆς δυτόρας ἐν ᾗ καὶ τελειοῦται τοῦ κατ' αὐτὸν μαρτυρίου, φησί. τὴν καλὴν δικαιονίαν σου πεπληροφόρημαι. ἐγὼ γὰρ ἤδη σπένδομαι, καὶ ὁ καιρὸς τῆς ἀναλύσεώς μου ἐφέστηκε. καὶ ὅτι λουκᾶς ἐστι πάλιν σὺν αὐτῷ, μετ' ὀλίγα τῆς ὑστολῆς, ἀσπάζεταί σε γράφει, λουκᾶς ὁ σὺν ἐμοί. ἔστιν οὖν ὁ πᾶς χρόνος τοῦ κηρύγματος παῦλου, εἴκοσι καὶ ἓν ἔτος. καὶ δύο ἕτερα ἔτη, ἃ διετέλεσεν ὑπὸ τοῦ κατὰ καισαρείαν δεσμωτηρίου. πρὸς δὲ τούτοις παλιν τὰ ἐν ῥώμῃ πρότερα δύο ἔτη, καὶ τὰ τελευταῖα δὲ ἔτη δέκα, ὥς τε εἶναι τὰ πάντα ἔτη ἀπὸ τῆς γεννήσεως αὐτοῦ μέχρι τῆς τελειώσεως, τριάκοντα καὶ ὀκτώ.

ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ ΠΑΥΛΟΥ ΤΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΟΥ

Ἐπὶ νέρωνος τοῦ καίσαρος ῥωμαίων ἐμαρτύρησεν αὐτόθι παῦλος ὁ ἀπόστολος, ξίφει τὴν κεφαλὴν ἀποτμηθεὶς ἐν τῷ τριακοστῷ καὶ ἕκτῳ ἔτει τοῦ σωτηρίου πάθους, τὸν καλὸν ἀγῶνα ἀγωνισάμενος ἐν ῥώμῃ, τῇ μιᾷ τῆς ἡμέρας παυέμου μηνός, ἣν τις λέγοι ἂν παρὰ ῥωμαίοις τῇ πρὸ τριῶν καλανδῶν ἰουλίων. καθ' ὃν ἐτελειώθη ὁ ἅγιος ἀπόστολος τῷ κατ' αὐτὸν μαρτυρίῳ, ἐξηκοστῷ καὶ ἐνάτῳ ἔτει τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ παρουσίας.

PEREGRINATIO APOSTOLORVM

PETRI ET PAVLI, CVM RATIONE TEMPORVM, PER DES. ERASMVM ROTEROD.

EX ACTIS APOSTOLICIS non liquet Petrum frequenter commutasse locum,nisi quòd post mortem Stephani,profectus est unà cum collega Ioanne,in Samariam ciuitatẽ,cui post uersum nomen Sebaste,unde & tota regio Samaria dicta est:ut comprobaret autoritate sua perficeretq́,quod illic per Philippum diaconum cœptum erat. Deinde uidetur pleraſq́ Samariæ partes peragrasse.Sic enim legimus capite octauo.Et multis regionibus Samaritanorum euangelizabant.Est autem Samaria,media inter Iudæam & Galilæam. Porrò nonum caput testatur illum peragrasse uarias Palæstinæ regiones,antequam ueniret Lyddam & Ioppen.Sic enim habet:Factum est autẽ,ut Petrus dum transiret uniuersos,deueniret ad sanctos qui habitabant Lyddæ.Est enim Lydda in Palæstina non procul à Ioppe ciuitate littorali.Rursus à Ioppe profectus legitur ad Cæsaream,Palæstinæ maritimam,quæ prius dicta fuerat Turris Stratonis.Hic baptizauit Cornelium cẽturionem. Hinc reuersus est Hierosolymam.Cæterum quando profectus sit Antiochiam,ubi præsedisse creditur,aut quando se Romam transtulerit,quasq́ regiones peragrarit:quoniam humanis duntaxat historijs proditum est,non laborabo persequi. Nam Eusebius,qui putat illum prædicasse euangelium apud Ponticos,Galatas,Cappadoces,Asiaticos,Bithynos, non aliunde sumpsit coniecturam,nisi quòd harum gentium meminit in priore epistola. Conueniebat autem ut apostolorum præcipuus,annos complures sederet in ea ciuitate, unde dominus Iesus uoluerat euangelicam doctrinam,primum in omnes Iudęæ regiones, mox in uniuersum orbem propagari.Iam quod tradit Historia,quam uocant Ecclesiasticã, primariam rerum curam à Christo traditam Petro,Iacobo & Ioanni:id inde colligũt,quòd horum aliquoties nominatim fit mentio,quum de cæteris nihil narretur quid dixerint aut fecerint,nisi quòd adstabant Petro dicenti,tanquam testes.Erant autem Iacobi duo,unus Zebedæi filius,frater Ioannis:hunc interfecit Herodes:atque hoc ipsum arguit eum fuisse inter apostolos præcipuum. Alter,Alphæi filius.Crebra mentio fit in Actis tertij Iacobi qui dictus est frater domini,cognomento Iustus,filius (ut opinatur Hieronymus) Mariæ, quæ fuerit soror matris domini.Huic Iacobo tribuunt epistolam,quæ legitur inter catholicas.Qui quum non esset de numero duodecim apostolorum, tamen hunc statim à morte Christi,apostoli designarunt episcopum Hierosolymitanum:qui postea quàm Paulus appellasset Cæsarem,è templi fastigio præcipitatus est,atque inter lapidandum fullonis fuste percussus,interijt.Hunc Hieronymus quum aliàs tum enarrans Esaiæ caput decimumseptimum,negat fuisse de numero apostolorum duodecim.Et tamen quanta fuerit huius autoritas uel illud declarat,quòd quum in concilio tractaretur de gentibus non onerandis lege Mosaica, post Petrum cum autoritate pronunciat sententiam, ἐγὼ κρίνω, inquiens. Hic idem post,Paulo fuit autor,ut adiũgeret sibi quatuor,qui uoto se adstrinxerant,cumq́ his ritu Iudaico purificaretur in templo:cuius consilio Paulus obtemperauit.Quin etiam urbem ingressus,hunc primum salutauit,tanquam illic primas tenentem.Et in epistola ad Galatas,hunc ceu præcipuum nominat.Aliorum,inquit,apostolorum uidi neminem,nisi Iacobum fratrem domini. Cæterum Petrum Antiochiæ fuisse declarat in eadem epistola, narrans quemadmodum illum reprehenderit ob simulationem.Iam Dionysius apud Eusebium Corinthiorũ episcopus,scriptor peruetustus,literis prodidit,Petrum & Paulum Romæ iussu Neronis eodem die martyrij palmã promeruisse.Cæterũ Petrum inter prȩcipuos etiam primatẽ fuisse declarat:quod apud Euangelistas omnes,atq́ etiam in Actis,in catalogo duodecim semper primo loco recensẽt.Deinde quod initio ferè primus fuit ad dicendũ. Nam & ante missum spiritũ sanctũ,congregatis in cœnaculo discipulis,proponit de subro-

gando

gando quopiam in locum Iudæ.Rursus ubi tumultus esset in populo ob linguarum miraculum,Petrus solus auspicatur contionem euangelicam.Primus omnium miraculum edit in nomine Iesu,pro templi foribus sanato claudo.Ac mox hac de causa concursu facto in porticu Solomonis,Petrus contionatur apud populum. Vbi uidetur & Ioannes Petri comes aliquid dixisse,quod non refertur.Sic enim ait Lucas,Loquentibus autem illis ad populum:nisi placet accipere utrumque dixisse,quod Petrus utriusque nomine dixit. Similis enim locus mox sequitur in eodem capite tertio:Petrus uero & Ioannes respõdentes dixerunt ad eos.Rursus capite quarto:Respondens autem Petrus & apostoli dixerunt. Quod Petrus omnium uoce loqueretur. Rursum quum ageret de creandis diaconis, Petrus uerba facit solus.Solus pronunciauit sentẽtiam in Ananiam. Quin & illud arguit Petri dignitatem inter apostolos,quòd primus ductus est in carcerem,ac uirgis cæsus.quanquam ex narratione Lucæ uidentur omnes apostoli simul cum Petro,iam iterum coniecto in carcerem,uirgis cæsi. Nunc de Paulo dicamus,qui ueluti strenuus dux per omnes terras mariaq; uolitauit,ut omnes gentes redigeret sub iugum Christi.Primum Hierosolymis profectus est Damascum.Ea est ciuitas Cœles Syriæ,siue Syrophœnices,quæ quondam Arabiæ deputabatur,ut autor est Tertullianus aduersus Marcionem libro tertio:totius Syriæ caput,inter Libanum & Antilibanum sita.Hic baptizatus est Paulus,& euangelij prædicationem auspicatus. Verum hinc clàm profugiens utrum abierit in Arabiam,& inde reuersus sit Damascum,ac post annos tres demum redierit Hierosolymã,ut uideret Petrum, quemadmodum ipse refert in epistola ad Galatas.An statim se receperit Hierosolymam, non satis liquet ex Actis:imò ne hoc quidem,utrum in prima prædicatione periclitatus sit ob insidias præfecti,an secunda.Ex narratione Lucæ uidetur statim ut fugisset Damasco, se recepisse Hierosolymam:quoniam qui paulo ante profectus fuerat hostili animo in discipulos,noluerunt in consortiũ suum recipere.Quod si tot annis prædicasset,sieri uix potuisset,quin rumore cognouissent eum fuisse mutatũ.Rursus Hierosolymis profugus,deductus est Cæsaream Philippi,quam Ptolemæus Paneæ uocat,Eusebius Paneadem:ea est Phœnices ad radicem Libani montis,ubi sunt fontes Iordanis.A Cæsarea dimissus est Tarsum.Ea metropolis est Ciliciæ, Pauli patria,quam interfluit amnis Cydnus.A Tarso per Barnabam reductus est Antiochiam, Phœnices metropolim,unde & regioni nomen quæ proxima est Ciliciæ.Ea est supra fluuium Orontem.Hinc profectus est denuo Hierosolymam,ut exhiberet collectam pecuniã in subsidium pauperum.Quo facto reuersus est Antiochiam,unde uenerat.Hic donatus apostolico nomine,profectus est Seleuciam.Ea est in promontorio Antiochiæ Syriæ,obuia uolenti ab Antiochię ciuitate proficisci in Cyprum. E Seleucia soluit in Cyprum,insulam oppositam Ciliciæ, quæ est Asiæ minoris.Appulit autem Salaminem,quæ ciuitas Cypri prima occurrit ad orientem,& peruenit Paphum, quæ est extrema ad occidentem,ut intelligamus totam eam insulam peragratam. Vbi quidam putant illi pro Saulo,commutatum Pauli nomen à Sergio Paulo eius insulæ proconsule:quum magis conueniat,ut parentes ac patroni liberis ac libertis sua impartiant nomina,quàm ut ab illis mutuentur. A Papho soluens,appulit Pergen.Ea ciuitas est Pamphyliæ.Hinc Antiochiam Pisidiæ.Hinc Iconium:mox Lystra,quæ est ciuitas Lycaoniæ.Hic autem tum lapidatus est Paulus.A Lystris profectus est Derben,quæ & ipsa Lycaoniæ est.Hinc remensus iter quo uenerat,reuersus est Lystra,Iconium & Antiochiam Pisidiæ, quo quod cœptum erat, confirmaret. Atque item peragrata reliqua Pisidia,redierunt in Pamphyliam,usque ad Pergen,ad quam primum appulerant è Cypro. Hinc Attaliam.Ea ciuitas est maritima Pamphyliæ,ex qua scribæ fecerant Italiam.Attalia soluentes,nauigarunt Antiochiam Syriæ,unde primum hoc iter fuerat auspicatus.Hinc rursus Hierosolymam itum est,ut cæteris apostolis probaret,quæ gesserat in Asia minore:sed interim prædicans euangelium in Phœnice & Samaria,per quas erat iter.Eo peracto reuersus est Antiochiam,unde uenerat.Hic seiunctus à Barnaba,peragrauit Syriam,ac mox Ciliciam.Inde iterum reuisit Derben,ac Lystra,ubi circuncidit Timotheum. A Lystris fecit iter per Phrygiam & Galatiam. Hinc uentum est in Mysiam, mox Troadem. Atque hic nonnullus scrupulus occurrit. Etenim si sentit de Phrygia, in qua est Troas, à Lycaonia

prior

prior occurrit Galatia,quàm Phrygia.Et tamẽ Lucas capite decimosexto sic refert: Transeuntes autem Phrygiam & Galatiæ regionem,uetiti sunt à spiritu sancto loqui uerbum in Asia.Nec incertum uideri potest,an Asia hic accipiatur pro illa minoris Asiæ parte,quæ simpliciter Asia dicitur:an de tota Asia minore,in qua iam multis locis prædicauerat.Siquidem Galatia sita ad septentrionem,hoc est ad Pontum Euxinum,ad orientem habet Cappadociam,ad occidentem Bithyniam,ad austrum Pisidiam & Lycaoniam. Porrò Mysia maior proxima est Asiæ,sic proprie dictæ.Mysia minor est supra Phrygiam.Potest igitur sic explicari scrupulus,ut in his duobus uocabulis Phrygiam & Galatiam sit ordo præposterus,quem ordinem rectum comperies in eiusdem itineris descriptione capite decimo octauo,& intelligamus illum è Lycaonia rectà peruenisse in Galatiam,hinc in Phrygiam, ex Phrygia uoluisse per Mysiam petere Bithyniam,ni uetuisset spiritus.Adhæret autem hæc Asiæ pars Phrygiæ ad orientem & austrum.Itaq; Paulum uetitum huc ire,flexisse iter ad Mysiam,ni fallor;per quam iter est in Bithyniam,quæ quondam Bebrycia dicta est & Mygdonia:proxime habens ad septentrionem & exortum eam Asiæ partem,quæ proprie Pontus dicitur.Rursus quum huc ire uetaret spiritus, reflexisse iter ad occidentem,ac peragrata Mysia minore rediisse per mediam Phrygiam usque ad Troadem,quæ est in littore Phrygiæ,eadem & Antigonia dicta,oppositа Chersoneso, unde proximus traiectus est in Europam ex Asia minore.A Troade soluerunt,ac recto cursu peruenerunt in insulam Samothracen,oppositam Thracię,quam habet ad septentrionem.Hinc Neapolim.Ea ciuitas est in littore,in cõfinio Macedoniæ ac Thraciæ.hinc Philippos,quam Lucas admonet esse ciuitatem coloniam in prima parte Macedoniæ.Ad hos scribit unam epistolam Paulus. Hic uirgis cæsus est,& in carcerẽ coniectus cum Sila.Post hæc per Amphipolim,quæ non longe abest à Strymone flumine:& Apolloniam,quæ Thessalonicæ proxima est,uenere Thessalonicam.Ea ciuitas metropolis est Macedoniæ.Et ad hos Paulus scribit epistolam. Et hic orto tumultu clàm dimissus est Berrhœam,quam à Thessalonica dirimit Pella,patria Alexandri Magni.Hic reperit dociles auditores. Porrò Berrhœa,non ita procul abest à mari.Itaq; tumultu concitato deductus est ad mare,inde Athenas peruentum nauigio,ni fallor,propterea quòd Lucas meminit illum dimissum,ut iret ad mare.Est & alia coniectura,quòd quum iter à Berrhœa sit longum usq; ad Atticam,nulla fit mentio regionum aut ciuitatum,quæ pedibus iter facientibus occurrissent.Hic conuertit Dionysium:qui an iudex fuerit an philosophus,non satis liquet,quum Lucas tãtum illum uocet Areopagitam. Opinor autem omnes Areopagitas dictos,qui partem eam urbis Athenarũ inhabitabant. Demiror autem cur Beda faciat hunc Corinthiorum episcopum,quum apud Eusebium Dionysius quidam Corinthiorum episcopus,doceat,Dionysium Areopagitam Athenis episcopum ab ipso Paulo ordinatum.Quin probabilius est Dionysium Areopagitã nihil omnino scriptorum reliquisse,quum apud Eusebium tam diligenter recensẽtur libri Dionysij Corinthiorum episcopi,de Areopagitæ monumentis nulla usquam fiat mentio. Ab Attica uenit Corinthum.Ea est metropolis Achaiæ.Hinc cõstituerat nauigare in Syriam, & susceptо uoto in Cenchreis,is est portus Corinthiacus ad Atticam spectans,totõdit sibi caput.Hinc igitur soluens peruenit Ephesum.Ea est in littore Asiæ minoris,in parte quæ dicitur Ionia. Hic tum temporis reliquit Priscillam & Aquilam.Ab Epheso soluens uenit Cæsaream,deinde Antiochiam.Beda,non dubito quin ueterem quempiam sequutus,uult hanc Cæsaream esse Cappadociæ non Syriæ:& Græci uolunt hanc Antiochiam esse Pisidiæ,cuius supra bis meminit.Quanquam Epheso profectis prior occurrit Pisidia, quam Cappadocia.Cæterum Græci codices hoc loco plus habent quàm nostri.Nimirum hunc in modum: Rogantibus autem eis,ut ampliori tempore maneret apud se,non annuit,sed uale dixit illis,dicens: Oportet me omnino festum quod instat,agere Hierosolymis.Quibus probatur hæc lectio,malunt Paulum ab Ephesio littore rectà nauigasse Cæsaream Palæstinæ,inde petijsse Hierosolymam,& salutasse fratres,post hæc redijsse Antiochiam Syriæ,atq; hinc rursus repetisse Asiam minorem.Facit ad hanc opinionem,quod ita legitur: Descendens Cæsaream,ascendit & salutauit ecclesiam.Ostendit quò descenderit,non indicat quò ascenderit.Atqui in euangelicis literis,qui petunt Hierosolymas,ascendere dicuntur

h 4,333.

tur,unde coniectant illum è Cæsarea Palæstina ascendisse Hierosolymã,ubi dixerat agendum festum diem,atque hinc rursus descenderit petens Antiochiam. Hanc opinionem,ut probabilem,nos in hac paraphrasi sumus sequuti:cessuri facile,si quis adduxerit probabiliorem. Legitur & Antiochiæ commoratus aliquandiu. At in Antiochia Syriæ solitus est libenter commorari Paulus. Hinc igitur repetita Asia, peragratis in medio regionibus,in quibus ante docuerat,uenit in Galatiam:hinc rursus in Phrygiam:ubiq; confirmans discipulos. Inde,quum iam Apollos profectus esset Corinthum,ipse profectus est Ephesum:terrestri ne itinere,an nauigatione, parum liquet:nisi quod probabilius est,illum terra fecisse iter:eo quod Lucas adiicit,Peragratis superioribus partibus. Hic Paulus proposuerat repetere Hierosolymam,sed prius peragrata Macedonia & Achaia:per spiritum intelligẽs sibi Romam esse eundum,post aditam Hierosolymam. Itaq; præmisit Timotheum & Erastum in Macedoniam,ipse commoratus aliquandiu in Asia minore. Post tumultum per Demetrium excitatum,sequutus est eos quos præmiserat. Peragratis autem superioribus partibus,deuenit in eam partem,quæ proprie dicitur Græcia,in qua est Attica & Achaia. Hic Lucas non nominat Athenas aut Corinthum,sed ex re coniicitur, quòd quemadmodum fecerat,ex Attica uenerit in Achaiam,in qua est Corinthus:ac rursus è Cenchreis parauerit soluere in Syriam:sed quoniam sensérat illic paratas insidias nauigaturo,uertit consiliũ, ac remensus iter quà uenerat,repetijt Macedoniam:terrestri(ut apparet)itinere, quoniam nauigaturo parabantur insidiæ. Quum uersaretur itaq; in Macedonia,comitum partem, quos tum multos habebat ex Macedonia,præmisit Troadem,quæ est in Phrygia. Paulus sequutus,diem paschæ egisse uidetur Philippis,quod Lucas ita scribat:Nauigauimus post diem azymorum à Philippis. A Philippis itaq; soluit Troadem,quò præcesserant comites, ut diximus. Hic adulescentem ex ruina mortuum,restituit. A Troade peruenit Asson itinere pedestri,quò iussu Pauli comites nauigio præcesserant. Est autem Assos ciuitas littoralis,non longe infra Troadem,eadem dicta Apollonia. Asso soluentes appulerunt Mitylenen. Ea est ciuitas Lesbi insulæ,obuia ab Asso nauigantibus Chium. A Mitylene legentes littora Asiæ,eò peruenerunt,ut Chium insulam haberent ad dextram. Chius autem opposita est Clazomenæ in littore Asiæ,media inter Lesbum & Samum,quò(nempe Samum) post adnauigarunt. Samus autem opposita est Trogyllio promontorio Asiæ. A Samo soluentes appulerunt Trogyllium,ut est in Græcis codicibus:quanquam Græcus qui scripsit peregrinationem Pauli,non meminit Trogyllij. A Trogyllio itum est Miletum. Ea est ciuitas Cariæ littoralis. A Chio commode poterant appellere Ephesum,sed data opera prætermigatum est,ne diutius hæreret in Asia. Quum enim Philippis egissent diem paschæ,decreuerant pentecosten agere Hierosolymis. Itaq; postea quàm euocatis Epheso Miletum, senioribus,mandasset quæ uolebat,illinc soluentes,recto cursu peruenerunt Coum. Ea est insula inter Samum & Gnidum,ciuitatẽ in promõtorio Asiæ. A Coo uentum est ad Rhodum. Ea est insula opposita Lyciæ. Iam autem nauigantes incipiunt Asiam habere ad septentrionem,quum prius habuerint ad orientem. A Rhodo uenerunt Patara. Ea ciuitas est littoralis Lyciæ prouinciæ. Hic nacti nauim,quæ rectà peteret Phœnicen Syriæ,recto cursu cœperunt eò tendere. nam relicta ad læuam Cypro insula,appulerunt Tyrum. Ea est in littore Phœnices infra Sidonem. A Tyro uentum est Ptolemaidem. Et hæc est littoralis inter Tyrum & montem Carmelum. Hinc appulerunt Cæsaream Palæstinæ,ubi diuersatus est apud Philippum. Hinc iam pedestri itinere peruenit Hierosolymam,unde iussu tribuni Lysiæ,uinctus deductus est Antipatridem,quæ media occurrit inter Hierosolymã & Cæsaream. Hinc per equites ductus est Cæsaream Palæstinæ,unde iussu Festi præsidis,qui Felici successerat,uinctus deductus est Romam,hoc quidem itinere: Primum impositus naui,à Cæsarea peruenit Sidonem,quæ(ut diximus)est supra Tyrum. Hinc appulerunt Cyprum,sic ut illam ad læuam relinquerent dispendioso cursu,sed huc adigebant uenti contrarij. Ita præterlegentes littora Ciliciæ & Pamphyliæ,peruenerãt Myra,quam scribæ uerterant in Lystram. Ea est in Lycia,non procul à littore. Hinc ægre longaq; nauigatione eò progressi sunt,ut Gnidum promõtorium haberent ad dextram. Sed reflante uento cursum flexerunt ad Cretam,quæ illis tum erat ad læuam. Venerunt autem ad portum,cui nomen

Salmon.Opinor autem Lucam usum uoce,qua tum forte uulgus utebatur.Nam arbitror hanc esse,quam Plinius & Strabo uocant Sammonium.Hoc Cretæ promõtorium spectat orientem.Hinc ob uentos aduersos ægre præterlegebant littora Cretæ,sic ut insulam haberent ad dextram,donec uentum esset ad locum Cretæ,Lasææ ciuitati uicinum,qui dicitur Boni seu Pulchri portus,quod nomen apud ueteres geographos non inuenitur. Apparet eius temporis fuisse uocabulũ.Cæterum fuisse ad latus australe Cretæ,declarat,quòd hinc cõnabantur tendere ad Phœnicem,id est promontorium Cretæ, spectans ad Africum & Chorum.Africus autem flat ab occasu brumali,Chorus ab occasu solstitiali.Illic quoniam uidebatur portus commodus,decreuerant hybernare.Interea quum aspirasset auster uentus sat cõmodus,qui flat à medio meridie,soluentes ab Aso(ea ciuitas est in littore Cretæ) præterlegebant oram Cretæ,ut appellerent Phœnicen modo dictam.Sed subito in diuersum mutato uento,quum pro austro flare cœpisset Typhonicus,uehemens ac nautis formidabilis,idem dictus Euroaquilo,qui spirat inter septentrionem & ortum,ui tempestatis delati sunt in insulam,quæ uocatur Claude,quæ Cretam spectat inter occidentẽ & austrũ, quam in partẽ maxime poterat impellere euroaquilo,ex aduersa cœli plaga spirans:unde grauius etiam metuebant periculum,ne in syrtes impellerentur:tandem desperatis rebus, impegerunt nauim in insulam,quæ dicebatur Melite.Ea est inter Epirum & Italiam,spectans Siciliam ad septentrionem.Hic uiperam excussit absq; noxa.Illic aliam nauim nacti, nam altera perierat,appulerunt Syracusas,quæ est in Sicilia,non procul à promontorio Pachyno.Huius littora præterlegentes deuenerunt Rhegium,id est oppidũ in extremo agro Brutiorũ,qua parte Italia proxima est Siciliæ.A Rhegio recto cursu delati sunt Puteolos, id est promontorium in Campania,non procul à Neapoli.Hinc terrestri itinere peruentum est usq; ad forum Appij,ad locum qui dicitur Tres tabernæ,atq; hic occursum est Paulo à discipulis è Roma.Abest autem Appij forum ab urbe iter diei.Hinc demum Romam peruentum est. Constat igitur ex Actis illum peragrasse totam minorẽ Asiam,deinde transisse in Europam,ac totam Græciam peragrasse,à parte septentrionali,in qua est Macedonia,usq; ad Illyridem.Nam Illyris extrema pars est Macedoniæ,ad septentrionem & occidentem.Id ipse refert in epistola ad Romanos capite decimoquinto,ita ut ab Hierusalem per circuitum usq; ad Illyricum repleuerim euãgelium. Cæterum nusquam legimus illum prædicasse in Creta,ad quam appulit tempestate coactus & uinctus. Nec illic morã egisse legitur,quum ipse censeret illic hybernãdum esse:& tamen in Creta reliquit Titum,ut singulis ciuitatibus ordinaret presbyteros,ac quod illic supereſſet corrigendũ,corrigeret:quẽadmodum ipse testatur in epistola,quibus ex uerbis apparet illum & in Creta prædicasse. Nec in Arabia quid à Paulo gestum sit,refert Lucas. Atque hactenus de locis peragratis. Nunc de temporum quoq; ratione paucis attingamus. Summa rerum quas Actorum liber cõplectitur,sub quatuor imperatoribus Romanis gesta est. Tiberio,qui successit Octauio:Caio Caligula:Claudio Druso:Claudio Nerone.Quorum Tiberius rerũ potitus est annos uigintitres.Caligula,quatuor,exceptis duobus mẽsibus.Claudius,tredecim,ac mensibus fermè decem. Nero,quatuordecim,ac mensibus propemodũ octo.Quicquid igitur gestum est à morte Christi usq; ad Paulum Romã perductum,continet Tiberij annos sex, Caligulæ quatuor,Claudij quatuordecim.In huius imperij initio Petrus Romã peruenisse creditur,& eiusdem anno quarto orta fames,cuius meminit Lucas.Rursus eiusdem anno nono,quemadmodum autor est Iosephus & Eusebius,Roma expulsi sunt Iudæi,cuius rei meminit Lucas capite decimooctauo:Neronis autem annos quatuor.Interim præsides Iudææ fuerunt, Pontius Pilatus,qui perijt anno Caligulæ tertio.Huic successit Felix,apud quem Paulus causam dixit:quem Claudius imperij sui anno undecimo,totius prouinciæ dederat procuratorẽ,Samariæ quoq; & Galilææ,atq; etiam regionis quæ dicitur ultra Iordanem.Et hoc nomine se felicem prædicat Paulus,quòd causam dicturus esset apud eum, cui diu uersato in ea prouincia,notæ essent res Iudaicæ.Huic successorem dedit Nero Portium Festum. Apud quem quum præsente Agrippa causam dixisset Paulus,quoniam appellarat Cæsarem,uinctus Romam missus est,anno Neronis tertio aut secundo. Porrò Iudæorum principes hi fuere:Herodes rex,Philippus,& Lysanias:præfuerunt annis sex.Herodes

rodes rex qui Cæſareæ percuſſus ab angelo periit,præfuit annos ſeptem. Agrippa huius filius,ex cuius cõſilio Paulus Romam miſſus eſt,annos duodecim,quod ad Actorum hiſtoriam pertinet. Quanquam pater quoq; cognomento dictus eſt Agrippa,ſed filius ſimpliciter Agrippa uocatur in Actis. Dominus itaq; Ieſus occiſus eſt,reuixit & aſcendit in cœlum,miſitq; ſpiritum ſanctum anno Tiberij decimooctauo. Ac proximo anno,aut(ut quidam uolunt)eodẽ,mox ut inter diaconos ordinatus eſt,lapidatus eſt Stephanus, Paulo aſſentiente,ac ſeruante ueſtes lapidantium teſtium. Qui paulo poſt deiicitur & conuertitur apud Damaſcum,anno Tiberij decimonono. Peragrauit autẽ uarias regiones ubiq; diſſeminans euãgelium,uſq; ad annum Claudij decimumtertium. Nam hoc anno Paulus Hieroſolymis coniectus eſt in uincula per Lyſiam tribunum,à quo Cæſaream uinctus eſt miſſus,ut apud Felicem audiretur,ubi detẽtus eſt in uinculis annos duos:atq; à Felice ut erat uinctus,traditus eſt Portio Feſto,à quo Romam miſſus eſt:ubi totum biẽnium egit in uinculis,hoc eſt,uſq; ad annum Neronis quintũ. Nec ultra Lucas proſequitur hiſtoriam. Cætera ſcriptores non indiligentes ex uariis coniecturis uidentur addidiſſe,uidelicet Paulum primum apud Neronem dicta cauſa fuiſſe abſolutum,ac libere ubi uellet euangelium prædicaſſe annos decem. Tandẽ ubi Neronis ſæuitia iam proceſsiſſet in rabiem reuocatus eſt ad eius tribunal,& capite truncatus. Huius rei coniecturã ſumunt ex epiſtola Pauli ad Timotheum ſecunda. In qua meminit primæ defenſionis ſuæ,in qua deſertus ſit ab omnibus, & tamen dei præſidio liberatus. Atq; hinc rediſſe ad prædicationem colligunt ex eo,quod mox ſubiicit:Dominus autem mihi adſtitit & cõfortauit me,ut per me prædicatio impleatur,& audiant omnes gentes. Porrò eum in ſecunda defenſione fuiſſe periclitatum,arguit quod inibi ſcribit:Ego enim iam delibor,& tempus meæ reſolutionis inſtat,& cætera. Itaque martyrio coronatum credunt anno Neronis decimotertio,anno à Chriſti morte trigeſimoſexto,aut iuxta Chronicorum elenchon trigeſimooctauo. Porrò quòd Lucas reliquerit Paulum in prima defenſione,hinc colligunt,quòd hic finierit eorum quæ uiderat narrationem. Rurſus quod adfuerit in ſecunda defenſione,teſtatur Paulus in eadem epiſtola,dicens:Lucas eſt mecum ſolus. Ex his colligere licet,Paulum in euãgelico negocio uerſatum fuiſſe annos uiginti unum,præter duos illos,quos Cæſareæ tenebatur in uinculis: rurſum alios duos,quos Romæ peregit in uinculis habitans in conducto,quibus ut hiſtoriæ memorant,acceſſerunt decem. Ita comperies à baptiſmo Pauli uſq; ad mortem eiuſdem annos trigintaquinque,aut,ut quidam ſupputant trigintaſeptem. Hæc quoniam uidebantur nonnihil lucis allatura lectioni,libuit in frontiſpicio huius operis præfigere. Quanquam non ignoro uix annorum rationem ad unguem tradi poſſe,quum in his non ſolum diuerſi ſcriptores inter ſe diſſentiant,uerum etiam ijdem à ſeipſis diſcrepent:ut Beda in commentarijs capite decimooctauo ſcribit ex autoritate Ioſephi,Iudæos Roma expulſos anno Claudij nono. In annotatione temporum,quam præpoſuit operi,dicit id factum anno octauo. Sic & apud Euſebium nonnunquam alium annum reperies in hiſtoria,alium in chronicis,ubi in ambiguo relinquitur,utrum Tiberius imperauerit annos uiginti unum,an uiginti tres.

Bene uale lector,& ad Acta perlegenda bonis auibus accingere.

ΠΡΑΞΕΙΣ ΤΩΝ ΑΓΟΣΤΟΛΩΝ

ACTA APOSTOLORVM

ΟΝ ΜΕΝ πρῶτον λόγον ἐποιησάμην πρὶ πάντων ὦ θεόφιλε, ὧν ἤρξατο ὁ ἰησοῦς ποιεῖν τε καὶ διδάσκειν, ἄχρι ἧς ἡμέρας, ἐντειλάμενος τοῖς ἀποστόλοις, διὰ πνεύματος ἁγίου, οὓς ἐξελέξατο, ἀνελήφθη, οἷς καὶ παρέστησεν ἑαυτὸν ζῶντα μετὰ τὸ παθεῖν αὐτὸν, ἐν πολλοῖς τεκμηρίοις, δι' ἡμερῶν τεσσαράκοντα ὀπτανόμενος αὐτοῖς, καὶ λέγων τὰ περὶ τῆς βασιλείας τοῦ θεοῦ, καὶ συναλιζόμενος παρήγγειλεν αὐτοῖς ἀπὸ ἱεροσολύμων μὴ χωρίζεσθαι, ἀλλὰ περιμένειν τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ πατρός, ἣν ἠκούσατέ μου, ὅτι ἰωάννης μὲν ἐβάπτισεν ὕδατι. ὑμεῖς δὲ βαπτισθήσεσθε ἐν πνεύματι ἁγίῳ οὐ μετὰ πολλὰς ταύτας ἡμέρας. οἱ μὲν οὖν συνελθόντες ἐπηρώτων αὐτόν, λέγοντες. κύριε, εἰ ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ ἀποκαθιστάνεις τὴν βασιλείαν τῷ ἰσραήλ; εἶπε δὲ πρὸς αὐτούς. οὐχ ὑμῶν ἐστι γνῶναι χρόνους ἢ καιροὺς, οὓς ὁ πατὴρ ἔθετο ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ, ἀλλὰ λήψεσθε δύναμιν ἐπελθόντος τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐφ' ὑμᾶς, καὶ ἔσεσθέ μοι μάρτυρες ἔν τε ἰερουσαλὴμ, καὶ ἐν πάσῃ τῇ ἰουδαίᾳ, καὶ σαμαρείᾳ, καὶ ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς. καὶ ταῦτα εἰπὼν, βλεπόντων αὐτῶν ἐπήρθη, καὶ νεφέλη ὑπέλαβεν αὐτὸν ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν. καὶ ὡς ἀτενίζοντες ἦσαν εἰς τὸν οὐρανὸν πορευομένου αὐτοῦ, καὶ ἰδοὺ ἄνδρες δύο παρεστήκεισαν αὐτοῖς ἐν ἐσθῆτι λευκῇ, οἳ καὶ εἶπον. ἄνδρες γαλιλαῖοι, τί ἑστήκατε ἐμβλέποντες εἰς τὸν οὐρανόν; οὗτος ὁ ἰησοῦς, ὁ ἀναληφθεὶς ἀφ' ὑμῶν εἰς τὸν οὐρανὸν, οὕτως ἐλεύσεται ὃν τρόπον ἐθεάσασθε αὐτὸν πορευόμενον εἰς τὸν οὐρανόν. τότε ὑπέστρεψαν εἰς ἰερουσαλὴμ ἀπὸ ὄρους τοῦ καλουμένου ἐλαιῶνος, ὅ ἐστιν ἐγγὺς ἰερουσαλὴμ σαββάτου ἔχον ὁδόν. καὶ ὅτε εἰσῆλθον ἀνέβησαν εἰς τὸ ὑπερῷον οὗ ἦσαν καταμένοντες, ὅ, τε πέτρος καὶ ἰάκωβος, καὶ ἰωάννης καὶ ἀνδρέας, φίλιππος καὶ θωμᾶς, βαρθολομαῖος καὶ ματθαῖος, ἰάκωβος ἁλφαίου καὶ σίμων ὁ ζηλωτὴς, καὶ ἰούδας ἰακώβου. οὗτοι πάντες ἦσαν προσκαρτεροῦντες

VPERIORE qdē uolumine diximus Theophile,de omnibus quæ cœpit Iesus tum facere tum docere, ad eū usq; diem quo postq; impartitus in hoc ipsum spiritum sanctum,mandata dedisset quos delegerat,apostolis, sursū assumptus est:quibus etiam seipsum exhibuerat uiuētem,postea quàm supplicio fuisset affect⁹, idq; compluribus argumētis dum per dies quadraginta cōspicitur ab illis,ac loquitur eis de regno dei:& congregās illos in idem loci,præcepit eis ne discederent Hierosolymis,sed ut expectarēt promissum patris:de quo(inquit)audistis ex me:quoniam Ioannes baptizauit quidē aqua,uos autem baptizabimini spiritu sancto post dies hosce non multos.Illi igitur ubi cōuenissent,percontabantur illū,dicentes:Domine,num in tempore hoc restituis regnū Israeli? Dixit autem ad illos:Non est uestrum nosse tempora & articulos tēporū,quos pater in sua ipsius constituit potestate:sed accipietis uirtutem,postea q̄ spiritus sanctus aduenerit super uos,& eritis mihi testes non solū Hierosolymis,uerum etiam in uniuersa Iudæa, Samariaq;,denicq; usque ad extrema terræ. Atcq; hæc loquutus,uidētibus ijsdem,in altum sublatus est:& nubes subduxit illū ab oculis eorū. Quumq; essent defixis in cœlum oculis,eūte illo,ecce uiri duo astiterūt illis amicti uestibus albis,qui & dixerūt: Viri Galilæi,quid statis intuentes in cœlū? hic Iesus qui assumptus est à uobis in cœlū,sic ueniet quemadmodū uidistis eum euntem in cœlum. Tunc reuersi sunt Hierosolymā à monte qui uocatur Oliueti, qui abest ab Hierosolymis iter sabbati:& quum introissent,ascenderunt in cœnaculū ubi mansitabant & Petrus & Iacobus,& Ioānes & Andreas,Philippus & Thomas,Bartholomæ⁹ & Matthæus,Iacobus Alphæi & Simō Zelotes,& Iudas Iacobi frater.Hi omnes perseuerabant

τὸ ὁμοθυμαδὸν τῇ προσευχῇ καὶ τῇ δεήσει σὺν γυναιξὶ καὶ Μαρίᾳ τῇ μητρὶ τοῦ Ἰησοῦ, καὶ σὺν τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ. καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις ἀναστὰς Πέτρος ἐν μέσῳ τῶν μαθητῶν, εἶπεν, ἦν τε ὄχλος ὀνομάτων ἐπὶ τὸ αὐτὸ ὡς ἑκατὸν εἴκοσιν. Ἄνδρες ἀδελφοί, ἔδει πληρωθῆναι τὴν γραφὴν ταύτην, ἣν προεῖπε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον διὰ στόματος Δαβὶδ περὶ Ἰούδα τοῦ γενομένου ὁδηγοῦ τοῖς συλλαβοῦσι τὸν Ἰησοῦν, ὅτι κατηριθμημένος ἦν σὺν ἡμῖν, καὶ ἔλαχε τὸν κλῆρον τῆς διακονίας ταύτης. οὗτος μὲν οὖν ἐκτήσατο χωρίον ἐκ τοῦ μισθοῦ τῆς ἀδικίας, καὶ πρηνὴς γενόμενος ἐλάκησε μέσος, καὶ ἐξεχύθη πάντα τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ, καὶ γνωστὸν ἐγένετο πᾶσι τοῖς κατοικοῦσιν Ἰερουσαλήμ, ὥστε κληθῆναι τὸ χωρίον ἐκεῖνο τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ αὐτῶν Ἀκελδαμά, τοῦτ' ἔστι χωρίον αἵματος. γέγραπται γὰρ ἐν βίβλῳ Ψαλμῶν, γενηθήτω ἡ ἔπαυλις αὐτοῦ ἔρημος, καὶ μὴ ἔστω ὁ κατοικῶν ἐν αὐτῇ. καί, τὴν ἐπισκοπὴν αὐτοῦ λαβοι ἕτερος. δεῖ οὖν συνελθόντων ἡμῖν ἀνδρῶν ἐν παντὶ χρόνῳ, ἐν ᾧ εἰσῆλθε καὶ ἐξῆλθεν ἐφ' ἡμᾶς ὁ κύριος Ἰησοῦς, ἀρξάμενος ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος Ἰωάννου ἕως τῆς ἡμέρας, ἧς ἀνελήφθη ἀφ' ἡμῶν, μάρτυρα τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ γενέσθαι σὺν ἡμῖν ἕνα τούτων. καὶ ἔστησαν δύο, Ἰωσὴφ τὸν καλούμενον Βαρσαβᾶν, ὃς ἐπεκλήθη Ἰοῦστος, καὶ Ματθίαν. καὶ προσευξάμενοι, εἶπον. σὺ κύριε καρδιογνῶστα πάντων, ἀνάδειξον ὃν ἐξελέξω ἐκ τούτων δύο, ἕνα λαβεῖν τὸν κλῆρον τῆς διακονίας ταύτης καὶ ἀποστολῆς, ἀφ' ἧς παρέβη Ἰούδας πορευθῆναι εἰς τὸν τόπον τὸν ἴδιον. καὶ ἔδωκαν κλήρους αὐτοῖς, καὶ ἐπέσεν ὁ κλῆρος ἐπὶ Ματθίαν καὶ συγκατεψηφίσθη μετὰ τῶν ἕνδεκα ἀποστόλων. καὶ ἐν τῷ συμπληροῦσθαι τὴν ἡμέραν τῆς πεντηκοστῆς, ἦσαν ἅπαντες ὁμοθυμαδὸν ἐπὶ τὸ αὐτό, καὶ ἐγένετο ἄφνω ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἦχος, ὥσπερ φερομένης πνοῆς βιαίας, καὶ ἐπλήρωσαν ὅλον τὸν οἶκον, οὗ ἦσαν καθήμενοι. καὶ ὤφθησαν αὐτοῖς διαμεριζόμεναι γλῶσσαι ὡσεὶ πυρός, ἐκάθισέ τε ἐφ' ἕνα ἕκαστον αὐτῶν, καὶ ἐπλήσθησαν ἅπαντες πνεύματος ἁγίου, καὶ ἤρξαντο λαλεῖν ἑτέραις γλώσσαις, καθὼς τὸ πνεῦμα ἐδίδου αὐτοῖς ἀποφθέγγεσθαι. ἦσαν δὲ ἐν Ἰερουσαλὴμ κατοικοῦντες Ἰουδαῖοι ἄνδρες εὐλαβεῖς ἀπὸ παντὸς ἔθνους τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανόν. γενομένης δὲ τῆς φωνῆς ταύτης, συνῆλθε τὸ πλῆθος, καὶ συνεχύθη, ὅτι ἤκουον εἷς ἕκαστος τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ λαλούντων αὐτῶν. ἐξίσαντο δὲ πάντες καὶ ἐθαύμαζον, λέγοντες πρὸς ἀλλήλους. οὐκ ἰδοὺ πάντες οὗτοί εἰσιν οἱ λαλοῦντες Γαλιλαῖοι; καὶ πῶς ἡμεῖς ἀκούομεν ἕκαστος τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ ἡμῶν ἐν ᾗ ἐγεννήθημεν; Πάρθοι καὶ Μῆδοι καὶ Ἐλαμῖται

uerabant unanimiter in deprecatione & obsecratione cum mulieribus & Maria matre Iesu, cumq; fratribus illius. Et in diebus his exurgēs Petrus in medio discipulorū, dixit (eratq; turba nominū simul ferè cētū uigintí) Viri fratres, oportuit impleri scripturam hanc, quā prædixit spiritus sanctus per os Dauid, de Iuda, qui fuit dux ijs qui cōprehēderunt Iesum: quia cooptatus erat in numerum nostrū & sortitus erat partē ministerij huius. Et is quidē parauit agrū ex mercede iniqtatis, suspēsusq; crepuit medius, & effusa sunt omnia uiscera eius. Et innotuit omnibus habitātibꝰ Hierosolymæ, ita ut appellaret ager ille lingua illis uernacula Acelda ma: hoc est, ager sanguinis. Scriptū est ēm in libro Psalmorū: Fiat cōmoratio eius deserta, & nō sit qui inhabitet in ea: & episcopatū eius accipiat alter. Oportet igit ut ex his uiris qui nobiscū uersati sunt toto tēpore, quo dñs Iesus perpetuā uitæ consuetudinem egit nobiscū, exorsus à baptismo Ioannis ad eū usq; diē quo receptus est à nobis: unus quispiā cōstituatur, qui sit unà nobiscum testis resurrectionis eius. Et statuerunt duos, Ioseph q uocat Barsabas, qui cognominatus est Iustus, & Mathiā. Et facta precatiōe, dixerūt: Tu dñe, qui corda nosti omnium, ostēde utrū elegeris ex his duobꝰ, ut accipiat sortē ministerij huius & apostolatus, unde prævaricatus excidit Iudas, ut abiret in locū suum. Et dederūt sortes eorū, & cecidit sors sup Mathiā, & cooptatus est ad numerū undecim apostolorū. Et quū cō- 11
pleretur dies pētecostes, erāt omnes unanimiter in eodē loco. Et factus est repēte de cœlo sonitus, tāq; impetu ueniētis flatus uehemētis, & repleuit totā domū ubi erāt sedentes. Et uisæ sunt illis dissectæ linguæ uelut igneæ, sederūtq; super singulos eorū, ac repleti sunt omnes spiritu sancto, cœperūtq; loqui alijs linguis, prout spiritus ille dabat eloqui illis. Erant aūt Hierosolymis habitātes Iudæi, uiri religiosi ex omni natione earum quæ sub cœlo sunt. Is rumor quū increbuisset, conuenit multitudo, & confusa est quod audiret unusquisq; lingua sua illos loquentes. Stupebant autem omnes, ac mirabantur, dicentes inter sese: Nonne ecce omnes isti qui loquuntur, Galilæi sunt: Et quomodo nos audimus eos sua quisque lingua in qua nati sumus? Parthi & Medi & Elamitæ

μῆται, καὶ οἱ κατοικοῦντες τὴν μεσοποταμίαν,
ἰουδαίαν τε καὶ καππαδοκίαν, πόντον καὶ τὴν
ἀσίαν, φρυγίαν τε καὶ παμφυλίαν, αἴγυπτον &
τὰ μέρη τῆς λιβύης τῆς κατὰ κυρήνην, καὶ οἱ ἐπη-
δημοῦντες ῥωμαῖοι ἰουδαῖοί τε & προσήλυτοι,
κρῆτες καὶ ἄραβες, ἀκούομεν λαλούντων αὐτῶν
ταῖς ἡμετέραις γλώσσαις τὰ μεγαλεῖα τοῦ θεοῦ.
ἐξίσαντο δὲ πάντες, καὶ διεπόρουν, ἄλλος πρὸς
ἄλλον λέγοντες. τί ἂν θέλοι τοῦτο εἶναι; ἕτεροι δὲ
χλευάζοντες, ἔλεγον, ὅτι γλεύκους μεμεστωμέ-
νοι εἰσί. σταθεὶς δὲ πέτρος σὺν τοῖς ἕνδεκα, ἐπῆρε
τὴν φωνὴν αὐτοῦ, καὶ ἀπεφθέγξατο αὐτοῖς. ἄν-
δρες ἰουδαῖοι, καὶ οἱ κατοικοῦντες ἱερουσαλὴμ
ἅπαντες, τοῦτο ὑμῖν γνωστὸν ἔστω, καὶ ἐνωτίσασθε
τὰ ῥήματά μου. οὐ γὰρ ὡς ὑμεῖς ὑπολαμβάνε-
τε, οὗτοι μεθύουσιν. ἔστι γὰρ ὥρα τρίτη τῆς ἡμέ-
ρας. ἀλλὰ τοῦτό ἐστι, τὸ εἰρημένον διὰ προφήτου
ἰωήλ. καὶ ἔσται ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις, λέγει
ὁ θεός, ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου ἐπὶ πᾶ-
σαν σάρκα, καὶ προφητεύσουσιν οἱ υἱοὶ ὑμῶν,
καὶ αἱ θυγατέρες ὑμῶν, καὶ οἱ νεανίσκοι ὑμῶν
ὁράσεις ὄψονται, καὶ οἱ πρεσβύτεροι ὑμῶν ἐνύ-
πνια ἐνυπνιασθήσονται. καί γε ἐπὶ τοὺς δούλους
μου, καὶ ἐπὶ τὰς δούλας μου ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκεί
ναις ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου, καὶ προφη-
τεύσουσι, καὶ δώσω τέρατα ἐν τῷ οὐρανῷ ἄνω,
καὶ σημεῖα ἐπὶ τῆς γῆς κάτω, αἷμα καὶ πῦρ, καὶ
ἀτμίδα καπνοῦ. ὁ ἥλιος μεταστραφήσεται εἰς
σκότος, καὶ ἡ σελήνη εἰς αἷμα, πρὶν ἢ ἐλθεῖν τὴν
ἡμέραν κυρίου τὴν μεγάλην καὶ ἐπιφανῆ. & ἔσται,
πᾶς ὃς ἐὰν ἐπικαλέσηται τὸ ὄνομα κυρίου, σωθήσε
ται. ἄνδρες ἰσραηλῖται, ἀκούσατε τοὺς λόγους τού
τους, ἰησοῦν τὸν ναζωραῖον, ἄνδρα ἀπὸ τοῦ θεοῦ ἀπο-
δεδειγμένον εἰς ὑμᾶς δυνάμεσι καὶ τέρασι & ση
μείοις, οἷς ἐποίησε δι' αὐτοῦ ὁ θεὸς ἐν μέσῳ ὑμῶν,
καθὼς καὶ αὐτοὶ οἴδατε, τοῦτον τῇ ὡρισμένῃ βουλῇ
καὶ προγνώσει τοῦ θεοῦ ἔκδοτον, λαβόντες διὰ χει
ρῶν ἀνόμων, προσπήξαντες ἀνείλετε, ὃν ὁ θεὸς
ἀνέστησε, λύσας τὰς ὠδῖνας τοῦ θανάτου, καθότι
οὐκ ἦν δυνατὸν κρατεῖσθαι αὐτὸν ὑπ' αὐτοῦ. λαβὶδ
γὰρ λέγει εἰς αὐτόν. προωρώμην τὸν κύριον ἐνώ-
πιόν μου διὰ παντός, ὅτι ἐκ δεξιῶν μού ἐστιν, ἵνα μὴ
σαλευθῶ. διὰ τοῦτο εὐφράνθη ἡ καρδία μου, καὶ ἠ-
γαλλιάσατο ἡ γλῶσσά μου. ἔτι δὲ καὶ ἡ σάρξ μου κα
τασκηνώσει ἐπ' ἐλπίδι, ὅτι οὐκ ἐγκαταλείψεις
& ψυχήν μου εἰς ᾅδου, οὐδὲ δώσεις τὸν ὅσιόν σου ἰδεῖν
διαφθοράν. ἐγνώρισάς μοι ὁδοὺς ζωῆς, πλη-
ρώσεις με εὐφροσύνης μετὰ τοῦ προσώπου σου. ἄν-
δρες ἀδελφοί, ἐξὸν εἰπεῖν μετὰ παῤῥησίας πρὸς ὑ
μᾶς περὶ τοῦ πατριάρχου δαβὶδ, ὅτι & ἐτελεύτησε,
καὶ ἐτάφη, καὶ τὸ μνῆμα αὐτοῦ ἐστιν ἐν ἡμῖν ἄχρι τῆς ἡμέ
ρας ταύτης. προφήτης οὖν ὑπάρχων, & εἰδὼς, ὅτι ὅρ

πφ

mitæ, & habitatores Meſopotamiæ, Iudæ-
æq; & Cappadociæ, Ponti & Aſiæ, Phry-
giæ & Pamphyliæ, Aegypti & partium Li
byæ eius quæ eſt finitima Cyrenæ, & adue
nę Romani, Iudæiq; & Proſelyti, Cretes &
Arabes, audimus eos loquentes noſtris lin-
guis magnifica dei. Stupebant autem om-
nes ac mirabantur, inter ſe dicentes: Quid-
nam uult hoc eſſe? Alij aũt irridentes dice-
bant: Muſto expleti ſunt iſti. Stans aũt Pe-
trus cum undecim, extulit uocẽ ſuam, ac lo
quutus eſt eis: Viri Iudæi, & qui habitatis
Hieroſolymis uniuerſi, hoc uobis notũ ſit,
& auribus percipite uerba mea. Non enim
ſicut uos exiſtimatis, hi ebrij ſunt, quum ſit
hora diei tertia. Sed hoc eſt quod dictũ eſt
per prophetã Ioel: Et erit in nouiſsimis die-
bus, dicit deus, effundam de ſpiritu meo ſu-
per omnem carnem. Et prophetabũt filij ue
ſtri & filiæ ueſtræ, & iuuenes ueſtri uiſiões
uidebunt, & ſeniores ueſtri ſomnia ſomnia
bunt. Et quidẽ ſuper ſeruos meos & ſuper
ancillas meas in diebus illis effundã de ſpiri
tu meo, & prophetabunt, & dabo prodigia
in cœlo ſupne, & ſigna in terra inferne, ſan
guinem & ignem & uaporẽ fumi. Sol con-
uertetur in tenebras, & luna in ſanguinem,
anteq; ueniat dies ille domini magnus atq;
illuſtris. Et futurũ eſt, ut omnis quicũq; in-
uocauerit nomen domini ſeruetur. Viri Iſ-
raelitæ, audite uerba hæc: Ieſũ Nazarenũ,
uirum exhibitũ à deo erga uos uirtutibꝰ &
prodigijs & ſignis, quæ fecit per illum deus
in medio ueſtri, ſicut & ipſi ſcitis, hunc defi
nito conſilio & præſcientia dei traditũ, quũ
accepiſſetis per manus iniquorũ, crucifixũ
interemiſtis: quẽ deus ſuſcitauit ſolutis do-
loribus mortis, quatinus impoſsibile erat te
neri illũ ab ea. Dauid enim dicit de eo: Pro-
uidebam dominũ coram me ſemper, quo-
niam à dextris eſt mihi, ne cõmouear. Pro-
pter hoc lætatũ eſt cor meum, & exultauit
lingua mea: inſuper & caro mea requieſcet
in ſpe. Quoniã nõ derelinques animã meã
in inferno, nec ſines ut ſanctus tuus uideat
corruptionẽ. Notas mihi feciſti uias uitæ,
replebis me iucũditate cum facie tua. Viri
fratres, quãdoquidẽ licet libere dicere apud
uos de patriarcha Dauid, q & defunctus
eſt & ſepultus eſt, & ſepulchrum eius eſt
apud nos uſq; in hodiernum diem. Prophe
ta igitur quum eſſet, & ſciret q iureiuran-

do

κῳ ὤμοσεν αὐτῷ ὁ θεὸς ἐκ καρποῦ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ, καθίσαι ἐπὶ τὸν θρόνον αὐτοῦ, τὸ κατὰ σάρκα, ἀναστῆσαι τὸν χριστόν, προειδὼς ἐλάλησε περὶ τῆς ἀναστάσεως τοῦ χριστοῦ, ὅτι οὐκ ἐγκατελείφθη ἡ ψυχὴ αὐτοῦ εἰς ᾅδου, οὐδὲ ἡ σὰρξ αὐτοῦ εἶδε διαφθοράν. τοῦτον τὸν ἰησοῦν ἀνέστησεν ὁ θεός, οὗ πάντες ἡμεῖς ἐσμὲν μάρτυρες. τῇ δεξιᾷ οὖν τοῦ θεοῦ ὑψωθείς, τήν τε ἐπαγγελίαν τοῦ ἁγίου πνεύματος λαβὼν παρὰ τοῦ πατρός, ἐξέχεεν τοῦτο ὃ νῦν ὑμεῖς βλέπετε καὶ ἀκούετε. οὐ γὰρ δαβὶδ ἀνέβη εἰς τοὺς οὐρανούς, λέγει δὲ αὐτός. εἶπεν ὁ κύριος τῷ κυρίῳ μου, κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου. ἀσφαλῶς οὖν γινωσκέτω πᾶς οἶκος ἰσραὴλ, ὅτι κύριον καὶ χριστὸν αὐτὸν ὁ θεὸς ἐποίησε, τοῦτον τὸν ἰησοῦν ὃν ὑμεῖς ἐσταυρώσατε. ἀκούσαντες δὲ κατενύγησαν τῇ καρδίᾳ, εἶπόν τε πρὸς τὸν πέτρον καὶ τοὺς λοιποὺς ἀποστόλους. τί ποιήσωμεν ἄνδρες ἀδελφοί; πέτρος δὲ ἔφη πρὸς αὐτούς. μετανοήσατε, καὶ βαπτισθήτω ἕκαστος ὑμῶν ἐπὶ τῷ ὀνόματι ἰησοῦ χριστοῦ εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, καὶ λήψεσθε τὴν δωρεὰν τοῦ ἁγίου πνεύματος. ὑμῖν γάρ ἐστιν ἡ ἐπαγγελία καὶ τοῖς τέκνοις ὑμῶν, καὶ πᾶσι τοῖς εἰς μακρὰν, ὅσους ἂν προσκαλέσηται κύριος ὁ θεὸς ἡμῶν. ἑτέροις τε λόγοις πλείοσι διεμαρτύρετο καὶ παρεκάλει, λέγων. σώθητε ἀπὸ τῆς γενεᾶς τῆς σκολιᾶς ταύτης. οἱ μὲν οὖν ἀσμένως ἀποδεξάμενοι τὸν λόγον αὐτοῦ, ἐβαπτίσθησαν, καὶ προσετέθησαν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ψυχαὶ ὡσεὶ τρισχίλιαι. ἦσαν δὲ προσκαρτεροῦντες τῇ διδαχῇ τῶν ἀποστόλων, καὶ τῇ κοινωνίᾳ, καὶ τῇ κλάσει τοῦ ἄρτου, καὶ ταῖς προσευχαῖς. ἐγένετο δὲ πάσῃ ψυχῇ φόβος, πολλά τε τέρατα καὶ σημεῖα διὰ τῶν ἀποστόλων ἐγίνετο. πάντες δὲ οἱ πιστεύοντες ἦσαν ἐπὶ τὸ αὐτό, καὶ εἶχον ἅπαντα κοινὰ, καὶ τὰ κτήματα, καὶ τὰς ὑπάρξεις ἐπίπρασκον καὶ διεμέριζον αὐτὰ πᾶσι, καθότι ἄν τις χρείαν εἶχε. καθ' ἡμέραν τε προσκαρτεροῦντες ὁμοθυμαδὸν ἐν τῷ ἱερῷ, κλῶντές τε κατ' οἶκον ἄρτον, μετελάμβανον τροφῆς, ἐν ἀγαλλιάσει καὶ ἀφελότητι καρδίας αἰνοῦντες τὸν θεόν, καὶ ἔχοντες χάριν πρὸς ὅλον τὸν λαόν. ὁ δὲ κύριος προσετίθει τοὺς σῳζομένους καθ' ἡμέραν τῇ ἐκκλησίᾳ. ἐπὶ τὸ αὐτὸ δὲ πέτρος καὶ ἰωάννης ἀνέβαινον εἰς τὸ ἱερὸν, ἐπὶ τὴν ὥραν τῆς προσευχῆς τὴν ἐνάτην. καί τις ἀνὴρ χωλὸς ἐκ κοιλίας μητρὸς αὐτοῦ ὑπῆρχεν βασταζόμενος, ὃν ἐτίθουν καθ' ἡμέραν πρὸς τὴν θύραν τοῦ ἱεροῦ τὴν λεγομένην ὡραίαν, τοῦ αἰτεῖν ἐλεημοσύνην παρὰ τῶν εἰσπορευομένων εἰς τὸ ἱερόν, ὃς ἰδὼν πέτρον καὶ ἰωάννην μέλλοντας εἰσιέναι εἰς τὸ ἱερόν, ἠρώτα

ἐλεη

do iurasset sibi deus,futurum,ut de fructu lumbi ipsius, quantū ad carnem, Christus exoriretur ac sederet super sedem eius, præscius loquutus est de resurrectione Christi, ꝙ nō derelicta sit in inferno anima eius,neque caro eius uiderit corruptionē.Hunc Iesum suscitauit deus,cuiꝰ omnes nos sumus testes.Dextera igitur dei exaltatus & promissione spiritus sancti accepta à patre,effudit hoc quod nunc uos uidetis & auditis. Non enim Dauid ascēdit in cœlos,sed dicit ipse:Dixit dns domino meo,sede à dextris mihi,donec ponam inimicos tuos scabellū pedum tuorū.Certo sciat ergo tota domus Israel,ꝙ dominū & Christum fecerit deus, hunc Iesum quem uos crucifixistis.His aūt auditis compūcti sunt corde,& dixerūt ad Petrū ac reliquos apostolos:Quid faciemꝰ uiri fratres? Petrus ait ad illos:Delictorum pœnitētiā agite,& baptizetur unusquisq; uestrū in nomine Iesu Christi in remissionē peccatorū,& accipietis donū spiritus sācti. Vobis em̄ facta est repromissio & filijs uestris,& omnibus qui longe sunt,quoscunq; aduocauerit dns deus noster.Alijsq; uerbis plurimis testificatus est, & exhortatus est eos,dicēs:Seruemini à generatione ista prua.Qui ergo libēter acceperūt sermonem eius,baptizati sunt:& accesserūt in die illo animę circiter ter mille.Erāt aūt pseuerātes in doctrina apostolorū,& cōmunicatione, & fractione panis,& precationibus.Obortus est aūt omni animæ timor,multaq; prodigia & signa per apostolos ædebant. Oēs aūt qui credebāt erant coniūcti,& habebāt omnia cōmunia.Possessionesq; & substantias uendebāt,ac diuidebant illa omnibus, prout cuiq; opus erat.Et quotidie perdurā/tes unanimiter in templo,& frangētes per singulas domos panem,inuicē sumebāt cibum,cū exultatione & simplicitate cordis laudātes deum,& habentes gratiā apud totum populū.Dominus aūt addebat qui salui fierent quotidie cōgregationi. Simul III.
aūt Petrus & Ioannes ascendebant in templum,ad horam precationis nonam.Et quidam uir qui erat claudus ex utero matris suæ,baiulabatur,quem ponebant quotidie ad portam templi,quæ dicitur Speciosa,ut peteret eleemosynam ab introeuntibus in templum.Is quum uidisset Petrum ac Ioannem ingressuros in templum, rogabat ut

ἐλεημοσύνῃ λαβεῖν. ἀτενίσας δὲ πέτρος εἰς αὐτὸν σὺν τῷ ἰωάννῃ, εἶπε, βλέψον εἰς ἡμᾶς. ὁ δὲ ἐπεῖχεν αὐτοῖς, προσδοκῶν τι παρ' αὐτῶν λαβεῖν. εἶπε δὲ πέτρος. ἀργύριον καὶ χρυσίον οὐκ ὑπάρχει μοι, ὃ δὲ ἔχω τοῦτό σοι δίδωμι. ἐν τῷ ὀνόματι ἰησοῦ χριστοῦ τοῦ ναζωραίου ἔγειραι, καὶ περιπάτει. καὶ κρατήσας αὐτὸν τῆς δεξιᾶς χειρὸς, ἤγειρε. παραχρῆμα δὲ ἐστερεώθησαν αὐτοῦ αἱ βάσεις καὶ τὰ σφυρά. καὶ ἐξαλλόμενος ἔστη καὶ περιεπάτει, καὶ εἰσῆλθε σὺν αὐτοῖς εἰς τὸ ἱερὸν περιπατῶν καὶ ἁλλόμενος καὶ αἰνῶν τὸν θεόν. καὶ εἶδεν αὐτὸν πᾶς ὁ λαὸς περιπατοῦντα καὶ αἰνοῦντα τὸν θεόν. ἐπεγίνωσκόν τε αὐτὸν, ὅτι οὗτος ἦν ὁ πρὸς τὴν ἐλεημοσύνην καθήμενος ἐπὶ τῇ ὡραίᾳ πύλῃ τοῦ ἱεροῦ. καὶ ἐπλήσθησαν θάμβους καὶ ἐκστάσεως ἐπὶ τῷ συμβεβηκότι αὐτῷ. κρατοῦντος δὲ τοῦ ἰαθέντος χωλοῦ τὸν πέτρον καὶ ἰωάννην, συνέδραμε πρὸς αὐτοὺς πᾶς ὁ λαὸς ἐπὶ τῇ στοᾷ τῇ καλουμένῃ σολομῶντος, ἔκθαμβοι. ἰδὼν δὲ πέτρος, ἀπεκρίνατο πρὸς τὸν λαόν. ἄνδρες ἰσραηλῖται, τί θαυμάζετε ἐπὶ τούτῳ, ἢ ἡμῖν τί ἀτενίζετε, ὡς ἰδίᾳ δυνάμει ἢ εὐσεβείᾳ πεποιηκόσι τοῦ περιπατεῖν αὐτόν; ὁ θεὸς ἀβραὰμ καὶ ἰσαὰκ καὶ ἰακὼβ, ὁ θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν ἐδόξασε τὸν παῖδα αὐτοῦ ἰησοῦν, ὃν ὑμεῖς παρεδώκατε καὶ ἠρνήσασθε αὐτὸν κατὰ πρόσωπον πιλάτου, κρίναντος ἐκείνου ἀπολύειν. ὑμεῖς δὲ τὸν ἅγιον καὶ δίκαιον ἠρνήσασθε, καὶ ᾐτήσασθε ἄνδρα φονέα χαρισθῆναι ὑμῖν, τὸν δὲ ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς ἀπεκτείνατε, ὃν ὁ θεὸς ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν οὗ ἡμεῖς μάρτυρές ἐσμεν, καὶ ἐπὶ τῇ πίστει τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ τοῦτον ὃν θεωρεῖτε καὶ οἴδατε, ἐστερέωσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ, καὶ ἡ πίστις ἡ δι' αὐτοῦ, ἔδωκεν αὐτῷ τὴν ὁλοκληρίαν ταύτην ἀπέναντι πάντων ὑμῶν. καὶ νῦν ἀδελφοί οἶδα, ὅτι κατὰ ἄγνοιαν ἐπράξατε, ὥσπερ καὶ οἱ ἄρχοντες ὑμῶν. ὁ δὲ θεὸς ἃ προκατήγγειλε διὰ στόματος πάντων τῶν προφητῶν αὐτοῦ, παθεῖν τὸν χριστόν, ἐπλήρωσεν οὕτως. μετανοήσατε οὖν καὶ ἐπιστρέψατε εἰς τὸ ἐξαλειφθῆναι ὑμῶν τὰς ἁμαρτίας, ὅπως ἂν ἔλθωσι καιροὶ ἀναψύξεως ἀπὸ προσώπου τοῦ κυρίου, καὶ ἀποστείλῃ τὸν προκεκηρυγμένον ὑμῖν ἰησοῦν χριστόν, ὃν δεῖ οὐρανὸν μὲν δέξασθαι ἄχρι χρόνων ἀποκαταστάσεως πάντων, ὧν ἐλάλησεν ὁ θεὸς διὰ στόματος πάντων ἁγίων αὐτοῦ προφητῶν ἀπ' αἰῶνος. μωσῆς μὲν γὰρ πρὸς τοὺς πατέρας εἶπεν, ὅτι προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει κύριος ὁ θεὸς ὑμῶν ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν, ὡς ἐμέ, αὐτοῦ ἀκούσεσθε κατὰ πάντα ὅσα ἂν λαλήσῃ πρὸς ὑμᾶς. ἔσται δὲ πᾶσα ψυχὴ ἥτις ἂν μὴ ἀκούσῃ τοῦ προφή

eleemosynã acciperet. Defixis autẽ in eum oculis Petrus cum Ioanne dixit: Aspice in nos. At ille intendebat in eos, sperans se aliquid accepturũ ab eis. Petrus aũt dixit: Argentum & aurũ non est mihi: quod aũt habeo, hoc tibi do. In nomine Iesu Christi Nazareni, surge & ambula. Et apprehẽsa manu eius dextra, erexit eũ. Protinus aũt consolidatæ sunt plantæ illius ac tali. Et exiliẽs stetit & ambulabat, intrauitq; cũ illis in templum inambulãs & saliens ac laudans deũ. Et uidit eũ totus populus ambulantẽ ac laudantẽ deũ. Agnouerũtq; illũ, q ipse esset is q ad eleemosynã sederat ad speciosã portã tẽpli. Et impleti sunt admiratione & stupore super eo quod cõtigerat illi. Quum teneret aũt qui sanatus fuerat claudus, Petrum & Ioannem, cucurrit totus populus ad eos in porticu quæ appellat̃ Solomonis, stupefactus. Quo uiso Petrus respondit ad populum: Viri Israelitæ, quid miramini sup hoc, aut nos quid intuemini, quasi nostra uirtute aut pietate effecerimus ut hic ambularet: Deus Abraham & Isaac & Iacob, deus patrũ nostrorũ glorificauit filium suum Iesum, quẽ uos tradidistis ac negastis in conspectu Pilati, quum ille iudicasset esse absoluendum. Vos aũt sanctũ & iustũ negastis, & postulastis ut uirũ homicidã donaret uobis: autorẽ uero uitæ interfecistis, quẽ deus suscitauit à mortuis, cuius nos testes sum9: & per fiduciã nominis eius, hunc quẽ uidetis ac nostis, cõsolidauit nomen ipsius: & fides que per eum est, dedit ei integritatẽ istã in conspectu omniũ uestrũ. Et nunc fratres scio, q per ignorãtiam fecistis, sicut & principes uestri. Deus autem quæ prænũciauerat per os omnium prophetarum suorum, Christum passurum, impleuit sic. Pœniteat uos igitur erroris & cõuertimini ut deleantur peccata uestra, ut quum uenerint tẽpora refrigerationis à cõspectu domini, & miserit eum qui ante prædicatus est uobis Iesum Christũ, quem oportet quidẽ cœlum accipere usq; in tempora restitutionis omniũ, quæ loquut9 est deus per os omniũ sanctorum suorũ à sæculo prophetarũ. Moses quidẽ ad patres dixit: Prophetã suscitabit uobis dominus deus uester de fratribus uestris, mei similem. Audietis eũ iuxta omnia quæcũq; loquutus fuerit uobis. Futurũ est autem ut omnis anima quæ non audierit

prophe

προφήτου ἐκείνου, ἐξολοθρευθήσεται ἐκ τοῦ λαοῦ
κεφ. γ. πάντων δὲ τῶν προφητῶν ἀπὸ σαμουὴλ,
καὶ τῶν καθεξῆς ὅσοι ἐλάλησαν, καὶ κατήγγειλαν τὰς ἡμέρας ταύτας. ὑμεῖς ἐστὲ υἱοὶ τῶν προφητῶν, καὶ τῆς διαθήκης, ἧς διέθετο ὁ θεὸς πρὸς τοὺς πατέρας ἡμῶν λέγων πρὸς ἀβραάμ. καὶ ἐν τῷ σπέρματί σου ἐυλογηθήσονται πᾶσαι αἱ πατριαὶ τῆς γῆς. ὑμῖν πρῶτον ὁ θεὸς ἀναστήσας τὸν παῖδα αὐτοῦ ἰησοῦν, ἀπέστειλεν αὐτὸν ἐυλογοῦντα ὑμᾶς ἐν τῷ ἀποστρέφειν ἕκαστον ἀπὸ τῶν πονηριῶν ὑμῶν. λαλούντων δὲ αὐτῶν πρὸς τὸν λαὸν, ἐπέστησαν αὐτοῖς οἱ ἱερεῖς, καὶ ὁ στρατηγὸς τοῦ ἱεροῦ, καὶ οἱ σαδδουκαῖοι διαπονούμενοι διὰ τὸ διδάσκειν αὐτοὺς τὸν λαὸν, καὶ καταγγέλλειν ἐν τῷ ἰησοῦ τὴν ἀνάστασιν τὴν ἐκ νεκρῶν, καὶ ἐπέβαλον αὐτοῖς τὰς χεῖρας, καὶ ἔθεντο εἰς τήρησιν εἰς τὴν αὔριον. ἦν γὰρ ἑσπέρα ἤδη. πολλοὶ δὲ τῶν ἀκουσάντων τὸν λόγον ἐπίστευσαν, καὶ ἐγενήθη ὁ ἀριθμὸς τῶν ἀνδρῶν ὡσεὶ χιλιάδες πέντε. ἐγένετο δὲ ἐπὶ τὴν αὔριον συναχθῆναι αὐτῶν τοὺς ἄρχοντας καὶ πρεσβυτέρους καὶ γραμματεῖς εἰς ἱερουσαλήμ, καὶ ἄνναν τὸν ἀρχιερέα καὶ καϊάφαν καὶ ἰωάννην καὶ ἀλέξανδρον καὶ ὅσοι ἦσαν ἐκ γένους ἀρχιερατικοῦ. καὶ στήσαντες αὐτοὺς ἐν τῷ μέσῳ ἐπυνθάνοντο, ἐν ποίᾳ δυνάμει, ἢ ἐν ποίῳ ὀνόματι ἐποιήσατε τοῦτο ὑμεῖς; τότε πέτρος πλησθεὶς πνεύματος ἁγίου, εἶπε πρὸς αὐτούς. ἄρχοντες τοῦ λαοῦ καὶ πρεσβύτεροι τοῦ ἰσραήλ, εἰ ἡμεῖς σήμερον ἀνακρινόμεθα ἐπὶ εὐεργεσίᾳ ἀνθρώπου ἀσθενοῦς, ἐν τίνι οὗτος σέσωται, γνωστὸν ἔστω πᾶσιν ὑμῖν, καὶ παντὶ τῷ λαῷ ἰσραήλ, ὅτι ἐν τῷ ὀνόματι ἰησοῦ χριστοῦ τοῦ ναζωραίου, ὃν ὑμεῖς ἐσταυρώσατε, ὃν ὁ θεὸς ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, ἐν τούτῳ οὗτος παρέστηκεν ἐνώπιον ὑμῶν ὑγιής. οὗτός ἐστιν ὁ λίθος ὁ ἐξουθενηθεὶς ὑφ' ὑμῶν τῶν οἰκοδομούντων, ὁ γενόμενος εἰς κεφαλὴν γωνίας. καὶ οὐκ ἔστιν ἐν ἄλλῳ οὐδενὶ ἡ σωτηρία. οὐδὲ γὰρ ὄνομά ἐστιν ἕτερον τὸ δεδομένον ἐν ἀνθρώποις ἐν ᾧ δεῖ σωθῆναι ἡμᾶς. θεωροῦντες δὲ τὴν τοῦ πέτρου παῤῥησίαν καὶ ἰωάννου, καὶ καταλαβόμενοι ὅτι ἄνθρωποι ἀγράμματοί εἰσι καὶ ἰδιῶται, ἐθαύμαζον. ἐπεγίνωσκόν τε αὐτοὺς, ὅτι σὺν τῷ ἰησοῦ ἦσαν. τὸν δὲ ἄνθρωπον βλέποντες σὺν αὐτοῖς ἑστῶτα τὸν τεθραπευμένον, οὐδὲν εἶχον ἀντειπεῖν. κελεύσαντες δὲ αὐτοὺς ἔξω τοῦ συνεδρίου ἀπελθεῖν, συνέβαλον πρὸς ἀλλήλους, λέγοντες. τί ποιήσομεν τοῖς ἀνθρώποις τούτοις; ὅτι μὲν γὰρ γνωστὸν σημεῖον γέγονε δι' αὐτῶν, πᾶσι τοῖς κατοικοῦσιν ἱερουσαλὴμ φανερόν, καὶ οὐ δυνάμεθα ἀρνήσασθαι. ἀλλ' ἵνα μὴ ἐπὶ πλεῖον διανεμηθῇ εἰς τὸν λαὸν, ἀπειλῇ ἀπειλησώμεθα αὐτοῖς

prophetam illum, exterminetur è populo. Quin & omnes prophetæ à Samuele ac deinceps quotquot loquuti sunt, etiã annũcia uerunt dies istos. Vos estis filij prophetarũ ac testamẽti, quod testatus est deus erga patres nostros, dicẽs ab Abrahã: Et in semine tuo benedictionẽ consequẽtur omnes familiæ terræ. Vobis primũ deus, quũ suscitasset filium suum Iesum, misit eum benedicẽtem uobis, ita ut unusquisq; uestrũ conuer teret se ab iniquitatib⁹ suis. Loquẽtibus IIII
aũt illis ad populũ, superuenerũt illis sacerdotes ac magistratus tẽpli & Sadducæi, moleste ferentes ꝙ docerẽt populũ, & annũcia rent in nomine Iesu resurrectionẽ ex mortuis: & iniecerũt eis manus, posuerũtq; eos in custodiã in posterũ diem. nam erat iam uespera. Multi uero eorũ qui audierant sermonem, crediderunt: & factus est numerus uirorũ circiter quinq; milia. Factum est aũt postero die ut congregarentur principes eorum & seniores & scribæ Hierosolymis, & Annas princeps sacerdotũ & Caiaphas & Ioãnes & Alexander & quotquot erant de genere pontificio. Et quũ statuissent eos in medio, interrogabãt: Qua uirtute, aut quo nomine feceritis hoc uos? Tũc Petrus repletus spiritu sancto, dixit ad eos: Principes populi & seniores Israel, si nos hodie examinamur de eo quod benefecerimus homini infirmo, qua ratione iste saluus factus sit: notum sit omnib⁹ uobis & toti plebi Israel, ꝙ per nomen Iesu Christi Nazareni, quẽ uos crucifixistis, quẽ deus suscitauit à mortuis, per hunc iste astat coram uobis sanus. Hic est lapis ille qui reiectus est à uobis ædificãtibus, qui factus est caput anguli, nec est in alio quoquã salus. Nec enim aliud nomen est sub cœlo datum inter homines, in quo oporteat nos saluos fieri. Videntes aũt Petri in dicendo libertatẽ ac Ioannis, comperto ꝙ homines essent illiterati & idiotæ, admirabantur & agnoscebant eos, ꝙ cum Iesu fuissent: hominem autẽ uidentes stantem cum eis qui sanatus fuerat, nihil poterant contradicere: iussis autem illis è concilio secedere, conferebant inter sese, dicẽtes: Quid faciemus hominibus istis? nam conspicuũ signum æditũ esse per eos, omnibus habitãtibus Hierosolymis manifestum est, nec possumus inficiari. Sed ne amplius diuulgetur in populũ, minaciter interminemur

eis

αὐτοῖς, μηκέτι λαλεῖν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τούτῳ μηδενὶ ἀνθρώπων. καὶ καλέσαντες αὐτοὺς, παρήγγειλαν αὐτοῖς, τὸ καθόλου μὴ φθέγγεσθαι, μηδὲ διδάσκειν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ Ἰησοῦ. ὁ δὲ Πέτρος καὶ Ἰωάννης ἀποκριθέντες, πρὸς αὐτοὺς εἶπον. εἰ δίκαιόν ἐστιν ἐνώπιον τοῦ θεοῦ, ὑμῶν ἀκούειν μᾶλλον ἢ τοῦ θεοῦ, κρίνατε. οὐ δυνάμεθα γὰρ ἡμεῖς ἃ εἴδαμεν καὶ ἠκούσαμεν, μὴ λαλεῖν. οἱ δὲ προσαπειλησάμενοι, ἀπέλυσαν αὐτοὺς μηδὲν εὑρίσκοντες, τὸ πῶς κολάσωνται αὐτοὺς διὰ τὸν λαόν, ὅτι πάντες ἐδόξαζον τὸν θεὸν ἐπὶ τῷ γεγονότι. ἐτῶν γὰρ ἦν πλειόνων τεσσαράκοντα ὁ ἄνθρωπος, ἐφ' ὃν ἐγεγόνει τὸ σημεῖον τοῦτο τῆς ἰάσεως. Ἀπολυθέντες δὲ ἦλθον πρὸς τοὺς ἰδίους, καὶ ἀπήγγειλαν, ὅσα πρὸς αὐτοὺς οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι εἶπον. οἱ δὲ ἀκούσαντες ὁμοθυμαδὸν ἦραν φωνὴν πρὸς τὸν θεὸν, καὶ εἶπον. Δέσποτα, σὺ ὁ θεὸς, ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς, ὁ διὰ στόματος Δαβὶδ παιδός σου εἰπών. ἵνα τί ἐφρύαξαν ἔθνη, καὶ λαοὶ ἐμελέτησαν κενά; παρέστησαν οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ οἱ ἄρχοντες συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ κατὰ τοῦ κυρίου, καὶ κατὰ τοῦ χριστοῦ αὐτοῦ. συνήχθησαν γὰρ ἐπ' ἀληθείας ἐπὶ τὸν ἅγιον παῖδά σου Ἰησοῦν, ὃν ἔχρισας, Ἡρῴδης τε καὶ Πόντιος Πιλᾶτος σὺν ἔθνεσι καὶ λαοῖς Ἰσραήλ, ποιῆσαι ὅσα ἡ χείρ σου, καὶ ἡ βουλή σου προώρισε γενέσθαι. καὶ τὰ νῦν κύριε ἐπίδε ἐπὶ τὰς ἀπειλὰς αὐτῶν, καὶ δὸς τοῖς δούλοις σου μετὰ παῤῥησίας πάσης λαλεῖν τὸν λόγον σου, ἐν τῷ τῆς χειρά σου ἐκτείνειν σε, εἰς ἴασιν καὶ σημεῖα καὶ τέρατα γίνεσθαι διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ ἁγίου παιδός σου Ἰησοῦ. καὶ δεηθέντων αὐτῶν, ἐσαλεύθη ὁ τόπος ἐν ᾧ ἦσαν συνηγμένοι, καὶ ἐπλήσθησαν ἅπαντες πνεύματος ἁγίου. καὶ ἐλάλουν τὸν λόγον τοῦ θεοῦ μετὰ παῤῥησίας. τοῦ δὲ πλήθους τῶν πιστευσάντων ἦν καρδία καὶ ψυχὴ μία. καὶ οὐδὲ εἷς τι τῶν ὑπαρχόντων αὐτῷ, ἔλεγεν ἴδιον εἶναι, ἀλλ' ἦν αὐτοῖς ἅπαντα κοινά. καὶ μεγάλῃ δυνάμει ἀπεδίδουν τὸ μαρτύριον οἱ ἀπόστολοι τῆς ἀναστάσεως τοῦ κυρίου Ἰησοῦ, χάρις τε μεγάλη ἦν ἐπὶ πάντας αὐτούς. οὐδὲ γὰρ ἐνδεής τις ὑπῆρχεν ἐν αὐτοῖς. ὅσοι γὰρ κτήτορες χωρίων ἢ οἰκιῶν ὑπῆρχον, πωλοῦντες ἔφερον τὰς τιμὰς τῶν πιπρασκομένων, καὶ ἐτίθουν παρὰ τοὺς πόδας τῶν ἀποστόλων. διεδίδετο δὲ ἑκάστῳ καθ' ὅτι ἄν τις χρείαν εἶχεν. Ἰωσὴς δὲ ὁ ἐπικληθεὶς Βαρνάβας ὑπὸ τῶν ἀποστόλων ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον, υἱὸς παρακλήσεως, Λευίτης, Κύπριος τῷ γένει, ὑπάρχοντος αὐτῷ ἀγροῦ, πωλήσας ἤνεγκε τὸ χρῆμα, καὶ ἔθηκε πρὸς τοὺς πόδας τῶν ἀποστόλων. Ἀνὴρ δέ τις Ἀνανίας ὀνόματι σὺν Σαπφίρῃ τῇ γυναικὶ αὐτοῦ ἐπώ-

rus, Scytha, ſeruus, liber: ſed omnia in omnibus Chriſtus. Sitis igitur induti tanq̃ electi dei, ſancti ac dilecti, uiſcera miſerationũ, comitatem, modeſtiã, manſuetudinẽ, lenitatẽ, ſufferẽtes uos inuicẽ, & condonãtes uobis mutuo, ſi qs aduerſus aliquẽ habuerit querelam: quẽadmodũ & Chriſtus cõdonauit uobis, ita & uos. Super omnia aũt hæc, charitatẽ, quæ eſt uinculũ perfectionis, & pax dei palmã ferat in cordibus ueſtris, in quam & uocati eſtis in uno corpore, & grati ſitis. Sermo Chriſti inhabitet in uobis opulente cum omni ſapiẽtia. Docetecq; & cõmonete uos inuicẽ, cantionibus & laudibus & cantilenis ſpiritualibus cum gratia canentes in corde ueſtro dño. Et quicquid egeritis ſermone aut facto, omnia in nomine dñi Ieſu facite, gratias agẽtes deo & patri per illum. Vxores, ſubditæ eſtote propriis uiris, ſicuti cõuenit, in domino. Viri, diligite uxores, & ne ſitis amarulẽti aduerſus illas. Filij, obedite parentib⁹ in omnibus: hoc enim bene placet domino. Patres, ne puocetis liberos ueſtros, ne deſpondeant animum. Serui, obedite per omnia ijs qui domini ſunt ſecundũ carnem, non obſequijs ad oculum exhibitis tanquam hominibus placere ſtudentes, ſed cum ſimplicitate cordis, timentes deum. Et quicquid feceritis, ex animo facite, tãquam domino & non hominibus, ſcientes quòd à domino recipietis mercedem hæreditatis, nam domino Chriſto ſeruitis. Cæterũ qui peccarit, reportabit peccatũ ſuum, & nõ eſt perſonarũ reſpectus. Vos domini, æquitatem & æquabilitatẽ ſeruis exhibete, ſcientes quòd & uos habeatis dominũ in cœlis. Obſecrationi inſtate, uigilantes in ea cum gratiarum actione, orantes ſimul & pro nobis, ut deus aperiat nobis oſtium ſermonis, ut loquamur myſteriũ Chriſti, ꝓpter quod & uinctus ſum, ut manifeſtem illud, ſicut oportet me loqui. Sapienter ambulate erga extraneos, opportunitatẽ redimentes. Sermo ueſter ſemper cum gratia, ſit ſale conditus, ut ſciatis quomodo oporteat uos unicuiq; reſpõdere. De omnib⁹ rebus meis certiores uos faciet Tychicus dilectus frater & fidus miniſter & cõſeruus in dño, quẽ miſi ad uos, in hoc ipſum ut cognoſcat quid agatis & conſoletur corda ueſtra, unà cũ Oneſimo fido & dilecto fratre, qui eſt ex uobis: de omnibus, uobis exponẽt, quæ hic agantur. IIII

ἀσπάζεταί ὑμᾶς Ἀρίσταρχος ὁ συναιχμάλωτός μου, καὶ Μᾶρκος ὁ ἀνεψιὸς Βαρναβᾶ, περὶ οὗ ἐλάβετε ἐντολάς. ἐὰν ἔλθῃ πρὸς ὑμᾶς, δέξασθε αὐτόν, καὶ Ἰησοῦς ὁ λεγόμενος Ἰοῦστος. οἱ ὄντες ἐκ περιτομῆς, οὗτοι μόνοι συνεργοὶ εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ, οἵτινές ἐγενήθησάν μοι παρηγορία. ἀσπάζεται ὑμᾶς Ἐπαφρᾶς ὁ ἐξ ὑμῶν δοῦλος Χριστοῦ, πάντοτε ἀγωνιζόμενος ὑπὲρ ὑμῶν ἐν ταῖς προσευχαῖς, ἵνα στῆτε τέλειοι καὶ πεπληρωμένοι ἐν παντὶ θελήματι τοῦ θεοῦ. μαρτυρῶ γὰρ αὐτῷ, ὅτι ἔχει ζῆλον πολὺν ὑπὲρ ὑμῶν, καὶ τῶν ἐν Λαοδικείᾳ, καὶ τῶν ἐν Ἱεραπόλει. ἀσπάζεται ὑμᾶς Λουκᾶς ὁ ἰατρὸς ὁ ἀγαπητός, καὶ Δημᾶς. ἀσπάσασθε τοὺς ἐν Λαοδικείᾳ ἀδελφούς, καὶ Νυμφᾶν, καὶ τὴν κατ' οἶκον αὐτοῦ ἐκκλησίαν. καὶ ὅταν ἀναγνωσθῇ παρ' ὑμῖν ἡ ἐπιστολή, ποιήσατε, ἵνα καὶ ἐν τῇ Λαοδικέων ἐκκλησίᾳ ἀναγνωσθῇ, καὶ τὴν ἐκ Λαοδικείας, ἵνα καὶ ὑμεῖς ἀναγνῶτε, καὶ εἴπατε Ἀρχίππῳ, Βλέπε τὴν διακονίαν ἣν παρέλαβες ἐν Κυρίῳ, ἵνα αὐτὴν πληροῖς. ὁ ἀσπασμὸς τῇ ἐμῇ χειρὶ Παύλου. μνημονεύετέ μου τῶν δεσμῶν. ἡ χάρις μεθ' ὑμῶν. ἀμήν.

ἐγράφη ἀπὸ Ῥώμης διὰ Τυχικοῦ καὶ Ὀνησίμου.

Salutat uos Ariſtarchus cõcaptiuus meus, & Marcus cõſobrinus Barnabæ, de quo ac cepiſtis mãdata. Si uenerit ad uos, excipite eum, & Ieſus qui uocat̃ Iuſtus, qui ſunt ex circunciſione. Hi ſoli cooperatrĩ ſunt ad regnũ dei, qui fuere mihi ſolatio. Salutat uos Epaphras, qui ex uobis eſt ſeruus Chriſti, ſemper anxie laborans pro uobis in precationibus, ut ſtetis pfecti & cõpleti in omni uolũtate dei. Teſtimonium enim illi perhibeo, quod habeat multum ſtudium pro uobis & his qui ſunt Laodiceæ & his qui Hierapoli. Salutat uos Lucas medicus dilectus & Demas. Salutate fratres qui ſunt Laodiceæ, & Nymphã, & quæ in domo illius eſt congregationem: & quum recitata fuerit à uobis epiſtola, facite ut & in Laodicẽſium eccleſia recitetur, & eam quæ ſcripta eſt ex Laodicea, ut uos quoq; legatis. Et dicite Archippo: uide miniſterium quod accepiſti in domino, ut illud impleas. Salutatio mea manu Pauli. Memores ſitis uinculorũ meorũ. Gratia uobiſcum. Amen.

Miſſa è Roma per Tychicum & Oneſimum.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΗΣ ΠΡΟΣ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΙΣ ΠΡΩΤΗΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ.

ΤΑύτην ἐπέστειλε μὲν ἀπὸ Ἀθηνῶν, ἐφάνη δὲ πρότερον αὐτοῖς, καὶ διατρίψας παρ' αὐτοῖς. ἡ δὲ πρόφασις τῆς ἐπιστολῆς αὕτη. ὁ ἀπόστολος πολλὰς θλίψεις παθὼν ἐν Βερροίᾳ, καὶ ἐν Φιλίπποις τῆς Μακεδονίας καὶ ἐν Κορίνθῳ, γινώσκων τε ὅσα πέπονθε καὶ ἐν Θεσσαλονίκῃ, φοβούμενος μὴ ἀκούσαντες θλῖψιν Θεσσαλονικεῖς ἃ πέπονθεν ἐν ταῖς προειρημέναις πόλεσι, πειρασθῶσιν ὑπὸ τοῦ πειράζοντος, καὶ σκανδαλισθῶσι, μαθὼν δὲ ὅτι καὶ ὑπὲρ τῶν ἀποθνήσκοντι κατώδυνοι ἐγένοντο, ἀπέστειλε τιμόθεον πρὸς αὐτοὺς μετὰ τῆς ἐπιστολῆς ταύτης. καὶ πρῶτον μὲν ἐπιστηρίζει αὐτοὺς ἐν τῇ πίστει, ὡς τε μὴ σαλεύεσθαι διὰ τὰς θλίψεις, καὶ μηδὲν ξένον αὐτοὺς πεπονθέναι ὑπὸ τῶν ἰδίων, τῶν καὶ τὸν κύριον ἀποκτεινάντων. χειμαῶν γὰρ ἴδιον τὸ θλίβεσθαι ἐν τῷ βίῳ τούτῳ, ἔλεγεν. πολλὰ δὲ παραινέσας αὐτοῖς ὕστερον, ὡς παρέλαβον παρ' αὐτοῦ, ἀναστρέψαντα, γράφει πρὸς τὸν πεπονθότων, παραμυθούμενος αὐτούς, μὴ διαλάσκων μὴ βαρέως φέρειν. ὁ γὰρ ἔστιν τὸν θάνατον ἀπώλειαν, ἀλλ' ὁδὸν ἀναστάσεως. ἔστιν δὲ μὴ πρὸς τὸν χρόνον αὐτοὺς διδάσκει, ἵνα ἄδηλον τὴν ἡμέραν γινώσκοντες, ἀεὶ ἕτοιμοι γίνωνται, καὶ μηδὲν πρόσεχωσιν ἀπαγγελλομένῳ πρὸς αὐτῆς. ἔσεσθαι γάρ φησι τὴν παρουσίαν ὅτως, ὡς τε τοὺς πολιτευομένους καὶ ἐνεστηκυίας ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, μὴ φθανεῖν τοὺς ἐκ νεκρῶν ἐγειρομένους. ἅμα γὰρ γίνεσθαι τὴν πάντων ἀλλαγήν, διδάσκει. πῶς τούτοις, πότερον αὐτοὺς βελτιοῦσθαι ἐν τοῖς ἤθεσι, πότερον αὐτοὺς καὶ ἀεὶ χαίρειν τῇ ἐλπίδι, καὶ προσεύχεσθαι, καὶ εὐχαριστεῖν αὐτοὺς ἀεὶ ἐπὶ παντί, ἐνορκίζων αὐτοὺς ἀναγνῶναι τὴν ἐπιστολὴν ταύτην πᾶσι τοῖς ἀδελφοῖς. καὶ ὅτως πλεῖον τὴν ἐπιστολήν.

IN EPISTOLAM AD THESSALONICENSES PRIOREM argumentum per Des. Eraſmum Roterodamum.

THeſſalonica Macedoniæ metropolis eſt, unde & regionis incolæ Theſſalonicēſes appellati. Hi in fide ſemel accepta, tanta conſtantia perſtiterunt, ut & Pauli exemplo, ciuium ſuorum perſequutiones, infracto & alacri pertulerint animo, nec ullo pſeudapoſtolorum ſuaſu quiuerint ab euāgelica inſtitutione deflecti. Quod ueritus Paulus, quem non latebat pſeudapoſtolorū improbitas, quum ipſi non liceret illos inuiſere, miſit Timotheū. Ex quo reuerſo quum didiciſſet illorum conſtātiam, collaudat eos, gratias agens deo. Atq; id quidem agit capite primo & ſecundo. In cæteris duobus inſtituit eos in uariis pietatis officiis, ſubindicans eſſe inter eos, qui nōdum omnino puri eſſent ab omni libidine, nec deeſſe qui ocio dediti grauarent alios: item qui inquieti ipſi, turbarent eccleſiæ tranquillitatē, quos corripi iubet. Præterea qui de reſurrectione nondum ſatis confirmata eſſent opinione, quū defunctos ita lugerent, quaſi periſſent, ac non potius ad meliora demigraſſent: hos inſtituit atq; confirmat. Rurſus alios diſputaſſe de die aduentus domini, quaſi is præſciri prædiciq; poſsit, quum incertus ſit omnibus. Verum eum ait ſubitum, & præter omnium expectationem adfuturum, quo magis ſimus ad omne momētum parati. Scripſit ab Athenis per Tychicum miniſtrum, iuxta Græcorum inſcriptionem: cui collegam addunt Oneſimum noſtra argumenta, quæ incerto autore leguntur in uulgatis exemplaribus.

ΠΡΟΣ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΙΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΑΥΛΟΥ ΠΡΩΤΗ

ΠΑΥΛΟΣ καὶ σιλουανὸς καὶ τιμόθεος, τῇ ἐκκλησίᾳ θεσσαλονικέων, ἐν θεῷ πατρὶ καὶ κυρίῳ ἰησοῦ χριστῷ. χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ θεοῦ πατρὸς ἡμῶν καὶ κυρίου ἰησοῦ χριστοῦ. εὐχαριστοῦμεν τῷ θεῷ πάντοτε περὶ πάντων ὑμῶν, μνείαν ὑμῶν ποιούμενοι ἐπὶ τῶν προσευχῶν ἡμῶν, ἀδιαλείπτως μνημονεύοντες ὑμῶν τοῦ ἔργου τῆς πίστεως καὶ τοῦ κόπου τῆς ἀγάπης, καὶ τῆς ὑπομονῆς τῆς ἐλπίδος τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ ἔμπροσθεν τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς ἡμῶν, εἰδότες ἀδελφοὶ ἠγαπημένοι ὑπὸ θεοῦ τὴν ἐκλογὴν ὑμῶν, ὅτι τὸ εὐαγγέλιον ἡμῶν οὐκ ἐγενήθη εἰς ὑμᾶς ἐν λόγῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν δυνάμει, καὶ ἐν πνεύματι ἁγίῳ, καὶ ἐν πληροφορίᾳ πολλῇ, καθὼς οἴδατε, οἷοι ἐγενήθημεν ἐν ὑμῖν δι' ὑμᾶς. καὶ ὑμεῖς μιμηταὶ ἡμῶν ἐγενήθητε, καὶ τοῦ κυρίου, δεξάμενοι τὸν λόγον ἐν θλίψει πολλῇ μετὰ χαρᾶς πνεύματος ἁγίου, ὥστε γενέσθαι ὑμᾶς τύπους πᾶσι τοῖς πιστεύουσιν ἐν τῇ μακεδονίᾳ καὶ ἀχαΐᾳ. ἀφ' ὑμῶν γὰρ ἐξήχηται ὁ λόγος τοῦ κυρίου, οὐ μόνον ἐν τῇ μακεδονίᾳ καὶ ἀχαΐᾳ, ἀλλὰ καὶ ἐν παντὶ τόπῳ, ἡ πίστις ὑμῶν ἡ πρὸς τὸν θεὸν ἐξελήλυθεν, ὥστε μὴ χρείαν ἡμᾶς ἔχειν λαλεῖν τι. αὐτοὶ γὰρ περὶ ὑμῶν ἀπαγγέλλουσιν, ὁποίαν εἴσοδον ἔσχομεν πρὸς ὑμᾶς, καὶ πῶς ἐπεστρέψατε πρὸς τὸν θεὸν ἀπὸ τῶν εἰδώλων, δουλεύειν θεῷ ζῶντι, καὶ ἀληθινῷ, καὶ ἀναμένειν τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐκ τῶν οὐρανῶν, ὃν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, ἰησοῦν τὸν ῥυόμενον ἡμᾶς ἀπὸ τῆς ὀργῆς τῆς ἐρχομένης.

αὐτοὶ γὰρ οἴδατε ἀδελφοὶ τὴν εἴσοδον ἡμῶν τὴν πρὸς ὑμᾶς, ὅτι οὐ κενὴ γέγονεν, ἀλλὰ καὶ προπαθόντες καὶ ὑβρισθέντες, καθὼς οἴδατε ἐν φιλίπποις ἐπαρρησιασάμεθα ἐν τῷ θεῷ ἡμῶν, λαλῆσαι πρὸς ὑμᾶς τὸ εὐαγγέλιον τοῦ θεοῦ ἐν πολλῷ ἀγῶνι. ἡ γὰρ παράκλησις ἡμῶν οὐκ ἐκ πλάνης, οὐδὲ ἐξ ἀκαθαρσίας, οὔτε ἐν δόλῳ, ἀλλὰ καθὼς δεδοκιμάσμεθα ὑπὸ τοῦ θεοῦ πιστευθῆναι τὸ εὐαγγέλιον, οὕτως λαλοῦμεν, οὐχ ὡς ἀνθρώποις ἀρέσκοντες, ἀλλὰ τῷ θεῷ, τῷ δοκιμάζοντι τὰς καρδίας ἡμῶν. οὔτε γάρ ποτε ἐν λόγῳ κολακείας ἐγενήθημεν, καθὼς οἴδατε, οὔτε ἐν προφάσει πλεονεξίας, θεὸς μάρτυς, οὔτε ζητοῦντες ἐξ ἀνθρώπων δόξαν, οὔτε ἀφ' ὑμῶν, οὔτε ἀπ' ἄλλων, δυνάμενοι ἐν βάρει εἶναι, ὡς χριστοῦ ἀπόστολοι,

ἀλλ'

EPISTOLA PAVLI AD THESSALONICENSES PRIMA

PAVLVS & Siluanus & Timotheus eccleſiæ Theſſaloni cenſium, in deo patre & dño Ieſu Chriſto: gratia uobis & pax à deo patre noſtro & domino Ieſu Chriſto. Gratias agim⁹ deo ſemper de omnibus uobis, mẽtionem ueſtri facientes in precibus noſtris, indeſinẽter memores ueſtri propter opus fidei ac laborem charitatis, & quod permãſiſtis in ſpe dñi noſtri Ieſu Chriſti, coram deo & patre noſtro, ſcientes fratres dilecti à deo, electionem ueſtrã: quoniã euangeliũ noſtrũ fuit erga uos non per ſermonẽ ſolũ, uerũ etiã per uirtutẽ & per ſpiritũ ſanctũ, perꝙ certitudinẽ multam, quemadmodũ noſtis quales fuerimus inter uos, ueſtra cauſa. Et uos imitatores noſtri facti fuiſtis, & dñi, recipientes ſermonẽ cum afflictione multa, cum gaudio ſpiritus ſancti: adeo ut fueritis exẽplo omnibus credẽtibus in Macedonia & Achaia. A uobis enim pertonuit ſermo dñi, non ſolũ in Macedonia & Achaia, uerũ etiã in omni loco fides ueſtra quæ eſt in deum, dimanauit, ut nõ ſit nobis neceſſe loqui quicq̃. Siqdẽ ipſi de uobis annũciãt, qualẽ ingreſſum habuerimus ad uos, & quomodo cõuerſi fueritis ad deũ à ſimulacris, ut ſeruiretis deo uiuẽti & ueraci, & expectaretis filium eius de cœlis, quẽ excitauit à mortuis Ieſum, qui liberat nos ab ira uẽtura. Nam ipſi noſtis fra II
tres, introitũ noſtrũ ad uos, quòd non fuerit inanis, ſed ꝙ antè malis afflicti & contumelijs affecti, quẽadmodũ ſcitis Philippis, audacter egerimus in dño noſtro ad loquẽdũ apud uos euãgeliũ dei, in multo certamine. Siquidem exhortatio noſtra non fuit ex impoſtura, neꝙ ex immũdicia, neꝙ cum dolo, ſed quemadmodum probati fueramus à deo, ut nobis cõmitteretur euangeliũ: ita loquimur, nõ ut hominibus placẽtes, ſed deo, qui probat corda noſtra. Neꝙ enim unquã per ſermonẽ adulatiõis uerſati ſumus, quẽadmodũ noſtis: nec per occaſionẽ auaritiæ, deus eſt teſtis: neꝙ quærẽtes ex hominibus gloriã, nec à uobis, nec ab alijs: quum poſſemus in autoritate eſſe, tãq̃ apoſtoli Chriſti:

ſed

ἀλλ' ἐγενήθημεν ἤπιοι ἐν μέσῳ ὑμῶν, ὡς ἂν τροφὸς θάλπῃ τὰ ἑαυτῆς τέκνα, οὕτως ἱμειρόμενοι ὑμῶν, εὐδοκοῦμεν μεταδοῦναι ὑμῖν, οὐ μόνον τὸ εὐαγγέλιον τοῦ θεοῦ, ἀλλὰ καὶ τὰς ἑαυτῶν ψυχάς, διότι ἀγαπητοὶ ἡμῖν γεγένησθε. μνημονεύετε γὰρ ἀδελφοὶ τὸν κόπον ἡμῶν, καὶ τὸν μόχθον. νυκτὸς γὰρ καὶ ἡμέρας ἐργαζόμενοι πρὸς τὸ μὴ ἐπιβαρῆσαί τινα ὑμῶν, ἐκηρύξαμεν εἰς ὑμᾶς τὸ εὐαγγέλιον τοῦ θεοῦ. ὑμεῖς μάρτυρες καὶ ὁ θεὸς, ὡς ὁσίως καὶ δικαίως καὶ ἀμέμπτως ὑμῖν τοῖς πιστεύουσιν ἐγενήθημεν. καθάπερ οἴδατε, ὡς ἕνα ἕκαστον ὑμῶν, ὡς πατὴρ τέκνα ἑαυτοῦ, παρακαλοῦντες ὑμᾶς καὶ παραμυθούμενοι καὶ μαρτυρούμενοι εἰς τὸ περιπατῆσαι ὑμᾶς ἀξίως τοῦ θεοῦ, τοῦ καλοῦντος ὑμᾶς εἰς τὴν ἑαυτοῦ βασιλείαν καὶ δόξαν. διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς εὐχαριστοῦμεν τῷ θεῷ ἀδιαλείπτως, ὅτι παραλαβόντες λόγον ἀκοῆς παρ' ἡμῶν τοῦ θεοῦ, ἐδέξασθε οὐ λόγον ἀνθρώπων, ἀλλὰ καθώς ἐστιν ἀληθῶς λόγον θεοῦ, ὃς καὶ ἐνεργεῖται ἐν ὑμῖν τοῖς πιστεύουσιν. ὑμεῖς γὰρ μιμηταὶ ἐγενήθητε ἀδελφοὶ τῶν ἐκκλησιῶν τοῦ θεοῦ, τῶν οὐσῶν ἐν τῇ ἰουδαίᾳ, ἐν χριστῷ ἰησοῦ, ὅτι ταὐτὰ ἐπάθετε καὶ ὑμεῖς ὑπὸ τῶν ἰδίων συμφυλετῶν, καθὼς καὶ αὐτοὶ ὑπὸ τῶν ἰουδαίων, τῶν καὶ τὸν κύριον ἀποκτεινάντων ἰησοῦν, καὶ τοὺς ἰδίους προφήτας, καὶ ἡμᾶς ἐκδιωξάντων, καὶ θεῷ μὴ ἀρεσκόντων, καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ἐναντίων, κωλυόντων ἡμᾶς τοῖς ἔθνεσι λαλῆσαι, ἵνα σωθῶσιν, εἰς τὸ ἀναπληρῶσαι αὐτῶν τὰς ἁμαρτίας πάντοτε. ἔφθασε δὲ ἐπ' αὐτοὺς ἡ ὀργὴ εἰς τέλος. ἡμεῖς δὲ ἀδελφοὶ ἀπορφανισθέντες ἀφ' ὑμῶν πρὸς καιρὸν ὥρας προσώπῳ, οὐ καρδίᾳ, περισσοτέρως ἐσπουδάσαμεν τὸ πρόσωπον ὑμῶν ἰδεῖν ἐν πολλῇ ἐπιθυμίᾳ. διὸ ἠθελήσαμεν ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς. ἐγὼ μὲν παῦλος, καὶ ἅπαξ καὶ δὶς, καὶ ἐνέκοψεν ἡμᾶς ὁ σατανᾶς. τίς γὰρ ἡμῶν ἐλπὶς, ἢ χαρὰ, ἢ στέφανος καυχήσεως, ἢ οὐχὶ καὶ ὑμεῖς, ἔμπροσθεν τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ ἐν τῇ αὐτοῦ παρουσίᾳ; ὑμεῖς γάρ ἐστε ἡ δόξα ἡμῶν καὶ ἡ χαρά.

διὸ μηκέτι στέγοντες εὐδοκήσαμεν καταλειφθῆναι ἐν ἀθήναις μόνοι, καὶ ἐπέμψαμεν τιμόθεον τὸν ἀδελφὸν ἡμῶν, καὶ διάκονον τοῦ θεοῦ καὶ συνεργὸν ἡμῶν ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τοῦ χριστοῦ, εἰς τὸ στηρίξαι ὑμᾶς, καὶ παρακαλέσαι ὑμᾶς περὶ τῆς πίστεως ἡμῶν, τὸ μηδένα σαίνεσθαι ἐν ταῖς θλίψεσι ταύταις. αὐτοὶ γὰρ οἴδατε, ὅτι εἰς τοῦτο κείμεθα. καὶ γὰρ ὅτε πρὸς ὑμᾶς ἦμεν, προελέγομεν ὑμῖν, ὅτι μέλλομεν θλίβεσθαι, καθὼς καὶ ἐγένετο καὶ οἴδατε. διὰ τοῦτο κἀγὼ

sed fuimus placidi in medio uestri, perinde acsi nutrix foueat suos filios, sic affectu propensi in uos, animo cupiebamus impertire uobis, non solum euangeliū dei, uerūetiam nostras ipsorū animas, propterea quod cari nobis facti estis. Meministis enim fratres laboris nostri, ac sudoris: nocte enim ac die opus facientes, ob id ne cui uestrū essemus oneri, prædicauimus apud uos euāgelium dei. Vos aūt testes estis & deus, q̄ sancte & iuste & inculpate uobiscum qui credebatis uersati fuerimus: quēadmodū nostis, ut erga unumquenq; uestrum, tanq̄ pater erga filios suos, fuerimus affecti, obsecrātes uos & consolātes & obtestātes, ut ambularetis digne deo, qui uocasset uos in suum regnū ac gloriam. Quapropter & nos gratias agimus deo indesinēter, ꝙ quū acciperetis sermonem à nobis, quo deum discebatis, accepistis non sermonē hominum, sed sicut erat uere sermonē dei, qui & agit in uobis credētibus. Vos ēm imitatores facti estis fratres eccleſiarū dei quę sunt in Iudæa, in Christo Iesu, ꝙ eadē passi sitis & uos à propriis contribulibus: quemadmodum & ipsi nos à Iudæis, qui ut & dominū occiderūt Iesum, & proprios prophetas, ita & nos persequuti sunt, & deo non placent, & omnibus hominibus aduersantur: qui obsistūt nobis, ne loquamur gētibus, quo salui fiant, ut expleāt sua peccata semper: peruenit autem in illos ira in finem. Cæterū nos fratres, orbati uobis ad spatium temporis, aspectu, nō corde, uehementius studuimus uidere faciem uestram, cū multo desiderio. Quapropter uoluimus uenire ad uos, ego quidem Paulus, & semel & iterū, & obstitit nobis satanas. Nam quæ est nostra spes aut gaudium aut corona gloriationis, an non & uos in cōspectu domini nostri Iesu Christi, in eius aduētu? Vos enim estis gloria nostra & gaudiū.

Proinde quum nō amplius ferremus, uisum est nobis, ut Athenis resideremus soli, 111
ac misimus Timotheū fratrem nostrum ac ministrū dei & adiutorem operis nostri in euangelio Christi, ut cōfirmaret uos & consolaretur uos de fide nostra, ne quisquā turbaretur in afflictionibus his. Nam ipsi nostis, nos in hunc usum positos esse. Etenim quū apud uos essemus, prædicebamus uobis fore, ut afflictionē pateremur, quemadmodum & euenit, & nostis. Quapropter

λὰ γὼ μηκέτι στέγων ἔπεμψα εἰς τὸ γνῶναι τὴν πίστιν ὑμῶν, μή πως ἐπείρασεν ὑμᾶς ὁ πειράζων, καὶ εἰς κενὸν γένηται ὁ κόπος ἡμῶν. ἄρτι δὲ ἐλθόντος πρὸς ἡμᾶς ἀφ' ὑμῶν, καὶ εὐαγγελισαμένου ἡμῖν τὴν πίστιν, καὶ τὴν ἀγάπην ὑμῶν, καὶ ὅτι ἔχετε μνείαν ἡμῶν ἀγαθὴν πάντοτε, ἐπιποθοῦντες ἡμᾶς ἰδεῖν, καθάπερ καὶ ἡμεῖς ὑμᾶς· διὰ τοῦτο παρεκλήθημεν ἀδελφοί ἐφ' ὑμῖν, ἐπὶ πάσῃ τῇ θλίψει, καὶ ἀνάγκῃ ἡμῶν, διὰ τῆς ὑμῶν πίστεως· ὅτι νῦν ζῶμεν, ἐὰν ὑμεῖς στήκετε ἐν κυρίῳ. τίνα γὰρ εὐχαριστίαν δυνάμεθα τῷ θεῷ ἀνταποδοῦναι περὶ ὑμῶν ἐπὶ πάσῃ τῇ χαρᾷ, ᾗ χαίρομεν δι' ὑμᾶς ἔμπροσθεν τοῦ θεοῦ ἡμῶν, νυκτὸς καὶ ἡμέρας ὑπερεκπερισσοῦ δεόμενοι, εἰς τὸ ἰδεῖν ὑμῶν τὸ πρόσωπον, καὶ καταρτίσαι τὰ ὑστερήματα τῆς πίστεως ὑμῶν. αὐτὸς δὲ ὁ θεὸς καὶ πατὴρ ἡμῶν καὶ ὁ κύριος ἡμῶν ἰησοῦς χριστὸς κατευθύναι τὴν ὁδὸν ἡμῶν πρὸς ὑμᾶς. ὑμᾶς δὲ ὁ κύριος, πλεονάσαι καὶ περισσεύσαι τῇ ἀγάπῃ εἰς ἀλλήλους, καὶ εἰς πάντας, καθάπερ καὶ ἡμεῖς εἰς ὑμᾶς, εἰς τὸ στηρίξαι ὑμῶν τὰς καρδίας ἀμέμπτους ἐν ἁγιωσύνῃ ἔμπροσθεν τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς ἡμῶν, ἐν τῇ παρουσίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ, μετὰ πάντων τῶν ἁγίων αὐτοῦ.

τὸ λοιπὸν οὖν ἀδελφοί, ἐρωτῶμεν ὑμᾶς καὶ παρακαλοῦμεν ἐν κυρίῳ ἰησοῦ, καθὼς παρελάβετε παρ' ἡμῶν, τὸ πῶς δεῖ ὑμᾶς περιπατεῖν, καὶ ἀρέσκειν θεῷ, ἵνα περισσεύητε μᾶλλον. οἴδατε γὰρ, τίνας παραγγελίας ἐδώκαμεν ὑμῖν διὰ τοῦ κυρίου ἰησοῦ. τοῦτο γάρ ἐστι θέλημα τοῦ θεοῦ ὁ ἁγιασμὸς ὑμῶν, ἀπέχεσθαι ὑμᾶς ἀπὸ τῆς πορνείας, εἰδέναι ἕκαστον ὑμῶν τὸ ἑαυτοῦ σκεῦος κτᾶσθαι ἐν ἁγιασμῷ καὶ τιμῇ, μὴ ἐν πάθει ἐπιθυμίας, καθάπερ καὶ τὰ ἔθνη, τὰ μὴ εἰδότα τὸν θεόν, τὸ μὴ ὑπερβαίνειν καὶ πλεονεκτεῖν ἐν τῷ πράγματι τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, διότι ἔκδικος ὁ κύριος περὶ πάντων τούτων, καθὼς καὶ προείπαμεν ὑμῖν, καὶ διεμαρτυράμεθα. οὐ γὰρ ἐκάλεσεν ἡμᾶς ὁ θεὸς ἐπὶ ἀκαθαρσίᾳ, ἀλλ' ἐν ἁγιασμῷ. τοιγαροῦν ὁ ἀθετῶν, οὐκ ἄνθρωπον ἀθετεῖ, ἀλλὰ τὸν θεόν, τὸν καὶ δόντα τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον αὐτοῦ εἰς ὑμᾶς. περὶ δὲ τῆς φιλαδελφίας, οὐ χρείαν ἔχετε γράφειν ὑμῖν. αὐτοὶ γὰρ ὑμεῖς θεοδίδακτοί ἐστε εἰς τὸ ἀγαπᾶν ἀλλήλους. καὶ γὰρ ποιεῖτε αὐτὸ εἰς πάντας τοὺς ἀδελφοὺς, τοὺς ἐν ὅλῃ τῇ μακεδονίᾳ. παρακαλοῦμεν δὲ ὑμᾶς ἀδελφοί, περισσεύειν μᾶλλον καὶ φιλοτιμεῖσθαι, ἡσυχάζειν καὶ πράσσειν τὰ ἴδια, καὶ ἐργάζεσθαι ταῖς ἰδίαις χερσὶν ὑμῶν, καθὼς ὑμῖν παρηγγείλαμεν, ἵνα περιπατῆτε εὐσχημόνως πρὸς τοὺς ἔξω, καὶ

& ego nõ amplius ferens, misi ad hoc, ut cognoscerẽ fidẽ uestrã, ne quo pacto tentasset uos ille qui tentat, & inanis fact⁹ esset labor noster. Nuper aũt quũ uenisset Timotheus ad nos à uobis, & annũciasset nobis fidẽ ac dilectionẽ uestrã, & quod habeatis memoriam nostri bonam semper, desiderãtes nos uidere, quẽadmodũ nos quoq; uos. Idcirco consolationẽ accepimus fratres per uos super omni afflictione & necessitate nostra, per uestrã fidem. Quoniã nunc uiuimus, si uos statis in dño. Quã enim gratiarũ actionem possumus deo repẽdere de uobis super omni gaudio, qd gaudemus propter uos in conspectu dei nostri, nocte ac die supra modum orãtes, ut uideamus uestrã faciem, & suppleam⁹ quæ desunt fidei uestræ. Ipse uero deus & pater noster & dñs noster Iesus Christus dirigat uiã nostrã ad uos. Vos aũt dominus abũdantes & exuberantes faciat mutua inter uos charitate, & in omnes, quẽ admodum & nos in uos, ut cõfirmet corda uestra, irreprehẽsibilia in sanctimonia corã deo & patre nostro, in aduẽtu dñi nostri Iesu Christi, cũ omnib⁹ sanctis eius. Quod superest igit fratres, rogamus uos & adhortamur per dñm Iesum, quẽadmodũ accepistis à nobis, quomodo oporteat uos uersari & placere deo, ut abundetis magis. Nostis em̃ quæ præcepta dederimus uobis per dominũ Iesum. Hæc enim est uolũtas dei, sanctificatio uestra, ut abstineatis à scortatiõe, & sciat unusquisq; uestrũ suum uas possidere, cũ sanctificatione & honore, non cum affectu cõcupiscẽtiæ, quemadmodũ & gentes quę non nouerũt deũ, ne quis opprimat ac fraudet in negocio fratrẽ suum: propterea quod ultor est dominus de omnibus his, quemadmodũ & ante diximus uobis, ac testati sumus. Nõ enim uocauit nos deus immũdiciæ causa, sed ad sanctificationẽ. Proinde qui reiicit, non reiicit hominẽ, sed deũ, qui dedit spiritũ suum sanctũ in uos. Cæterum de fraterna charitate non necesse habetis, ut scribã uobis. Ipsi nãq; diuinitus docti estis, ut diligatis uos inuicẽ. Nam & facitis hoc erga cũctos fratres qui sunt in tota Macedonia. Obsecramus autem uos fratres, ut abũdetis magis, & in hoc incũbatis, ut quieti sitis, & agatis res proprias, & operemini proprijs manib⁹ uestris, sicuti uobis præcepimus, ut uos geratis honeste erga extra- IIII
rios, &

καὶ μηδενὸς χρείαν ἔχητε. οὐ θέλω δὲ ὑμᾶς ἀγνοεῖν ἀδελφοὶ περὶ τῶν κεκοιμημένων, ἵνα μὴ λυπῆσθε, καθὼς καὶ οἱ λοιποὶ, οἱ μὴ ἔχοντες ἐλπίδα. εἰ γὰρ πιστεύομεν, ὅτι ἰησοῦς ἀπέθανεν καὶ ἀνέστη, οὕτως καὶ ὁ θεὸς τοὺς κοιμηθέντας διὰ τοῦ ἰησοῦ, ἄξει σὺν αὐτῷ. τοῦτο γὰρ ὑμῖν λέγομεν ἐν λόγῳ κυρίου, ὅτι ἡμεῖς οἱ ζῶντες οἱ περιλειπόμενοι εἰς τὴν παρουσίαν τοῦ κυρίου, οὐ μὴ φθάσωμεν τοὺς κοιμηθέντας, ὅτι αὐτὸς ὁ κύριος ἐν κελεύσματι, ἐν φωνῇ ἀρχαγγέλου, καὶ ἐν σάλπιγγι θεοῦ καταβήσεται ἀπ' οὐρανοῦ, καὶ οἱ νεκροὶ ἐν χριστῷ ἀναστήσονται πρῶτον, ἔπειτα ἡμεῖς οἱ ζῶντες, οἱ περιλειπόμενοι, ἅμα σὺν αὐτοῖς ἁρπαγησόμεθα ἐν νεφέλαις εἰς ἀπάντησιν τοῦ κυρίου εἰς ἀέρα, καὶ οὕτως πάντοτε σὺν κυρίῳ ἐσόμεθα. ὥς τε παρακαλεῖτε ἀλλήλους ἐν τοῖς λόγοις τούτοις.

περὶ δὲ τῶν χρόνων καὶ τῶν καιρῶν ἀδελφοί, οὐ χρείαν ἔχετε ὑμῖν γράφεσθαι. αὐτοὶ γὰρ ἀκριβῶς οἴδατε ὅτι ἡμέρα κυρίου, ὡς κλέπτης ἐν νυκτὶ, οὕτως ἔρχεται. ὅτ' ἂν γὰρ λέγωσιν, εἰρήνη καὶ ἀσφάλεια, τότε αἰφνίδιος αὐτοῖς ἐφίσταται ὄλεθρος, ὥσπερ ἡ ὠδὶν τῇ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ, καὶ οὐ μὴ ἐκφύγωσιν. ὑμεῖς δὲ ἀδελφοὶ οὐκ ἔστε ἐν σκότει, ἵνα ἡ ἡμέρα ὑμᾶς ὡς κλέπτης καταλάβῃ. πάντες ὑμεῖς υἱοὶ φωτός ἐστε, καὶ υἱοὶ ἡμέρας, οὐκ ἐσμὲν νυκτὸς οὐδὲ σκότους. ἄρα οὖν μὴ καθεύδωμεν, ὡς καὶ οἱ λοιποὶ, ἀλλὰ γρηγορῶμεν καὶ νήφωμεν. οἱ γὰρ καθεύδοντες, νυκτὸς καθεύδουσι, καὶ οἱ μεθυσκόμενοι, νυκτὸς μεθύουσιν. ἡμεῖς δὲ ἡμέρας ὄντες, νήφωμεν, ἐνδυσάμενοι θώρακα πίστεως καὶ ἀγάπης, καὶ περικεφαλαίαν ἐλπίδα σωτηρίας. ὅτι οὐκ ἔθετο ἡμᾶς ὁ θεὸς εἰς ὀργὴν, ἀλλ' εἰς περιποίησιν σωτηρίας διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ, τοῦ ἀποθανόντος ὑπὲρ ἡμῶν, ἵνα εἴτε γρηγορῶμεν, εἴτε καθεύδωμεν, ἅμα σὺν αὐτῷ ζήσωμεν. διὸ παρακαλεῖτε ἀλλήλους, καὶ οἰκοδομεῖτε εἷς τὸν ἕνα, καθὼς καὶ ποιεῖτε. ἐρωτῶμεν δὲ ὑμᾶς ἀδελφοὶ, εἰδέναι τοὺς κοπιῶντας ἐν ὑμῖν, καὶ προϊσταμένους ὑμῶν ἐν κυρίῳ, καὶ νουθετοῦντας ὑμᾶς, καὶ ἡγεῖσθαι αὐτοὺς ὑπὲρ ἐκπερισσοῦ ἐν ἀγάπῃ διὰ τὸ ἔργον αὐτῶν, εἰρηνεύετε ἐν αὐτοῖς. παρακαλοῦμεν δὲ ὑμᾶς ἀδελφοὶ, νουθετεῖτε τοὺς ἀτάκτους, παραμυθεῖσθε τοὺς ὀλιγοψύχους, ἀντέχεσθε τῶν ἀσθενῶν, μακροθυμεῖτε πρὸς πάντας. ὁρᾶτε, μή τις κακὸν ἀντὶ κακοῦ τινὶ ἀποδῷ, ἀλλὰ πάντοτε τὸ ἀγαθὸν διώκετε, καὶ εἰς ἀλλήλους, καὶ εἰς πάντας. πάντοτε χαίρετε, ἀδιαλείπτως προσεύχεσθε, ἐν

rios, & nulla re uobis sit opus. Cæterum nolo uos ignorare fratres, de ijs qui obdormierunt, ne doleatis, quemadmodum & cæteri non habentes spem: nam si credimus quòd Iesus mortuus est & resurrexit, sic & deus eos qui obdormierunt per Iesum, adducet cum illo. Hoc enim uobis dicimus in uerbo domini, quòd nos qui uiuemus & reliqui erimus in aduentum domini, nequaquam præueniemus eos qui dormiunt: quoniam ipse dominus cum hortatu & uoce archangeli, ac tuba dei descendet de cœlo, & mortui in Christo resurgent primũ, deinde nos qui uiuemus, qui reliqui erimus simul cum illis rapiemur in nubibus in occursum domini in aera: & sic semper cum domino erimus. Proinde consolemini uos mutuo sermonibus his. Porrò de temporibus & ar V
ticulis temporũ, fratres, non est opus ut uobis scribã. Ipsi enim planè scitis, quòd dies ille domini, ut fur in nocte, ita uenturus sit. Quum enim dixerint, Pax, & tuta omnia: tunc repentinus eis imminet interitus, sicuti dolor partus mulieri prægnanti, nec effugient. At uos fratres, nõ estis in tenebris, ut dies ille uos tãquam fur opprimat. Omnes uos filij lucis estis, ac filij dei: non sumus noctis, neq; tenebrarum. Proinde ne dormiamus, sicut & cæteri, sed uigilemus & sobrij simus. Nam qui dormiũt, nocte dormiunt, & qui inebriantur, noctu sunt ebrij: at nos qui sumus diei, sobrij simus, induti thoracẽ fidei & charitatis, & pro galea spem salutis. Quoniam non constituit nos deus, ut iram nobis concitemus, sed ut salutem consequamur per dominũ nostrum Iesum Christum qui mortuꝰ est pro nobis, ut siue uigilemus siue dormiamus, simul cum illo uiuamus. Quapropter adhortemini uos mutuo, & ædificetis singuli singulos, sicut & facitis. Rogamus autem uos fratres, ut agnoscatis eos qui laborant inter uos, & qui præsunt uobis in domino, & admonent uos, ut habeatis illos in summo precio per charitatẽ propter opus illorum: pacem habete cum illis. Obsecramus autem uos fratres, monete inordinatos, consolamini pusillanimes, subleuate infirmos, patientes estote erga omneis. Videte, ne quis malum pro malo cuipiam reddat, sed semper quod bonũ est sectemini, tum erga uos inuicem, tum erga omneis. Semper gaudete, indesinenter ora-

 te, in

δε, φ̀ πανπὶ ϑυχαριϑῆτε. τοῦτο γὰρ ϑέλημα ϑεοῦ φ̀ χεισῷ ἰησοῦ εἰς ὑμᾶς. τὸ πνεῦμα μὴ ϭβέννυτε. προφητίας μὴ ἐξουθενεῖτε. πάντα δοκιμάζετε, τὸ καλὸν κατέχετε. ἀπὸ παντὸς εἴδους πονηροῦ ἀπέχεϑε. αὐτὸς δὲ ὁ ϑεὸς τῆς εἰρήνης ἁγιάσαι ὑμᾶς ὁλοτελεῖς. καὶ ὁλόκληρον ὑμῶν τὸ πνεῦμα, καὶ ἡ ψυχὴ, καὶ τὸ σῶμα ἀμέμπτως φ̀ τῇ παρουσίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χεισοῦ τηρηϑείη. πιστὸς ὁ καλῶν ὑμᾶς, ὃς καὶ ποιήσει. ἀδελφοὶ, προσεύχεϑε περὶ ἡμῶν. ἀσπάσαϑε τοὺς ἀδελφοὺς πάντας φ̀ φιλήματι ἁγίῳ. ὁρκίζω ὑμᾶς τὸν κύριον, ἀναγνωσϑῆναι πᾶσι τοῖς ἁγίοις ἀδελφοῖς. ἡ χάρις τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χεισοῦ μεϑ' ὑμῶν. ἀμήν.

πρὸς ϑεσσαλονικεῖς πρώτη,
ἐγράφη ἀπὸ ἀθηνῶν.

te, in omnibus gratias agite. Hæc enim est uolũtas dei per Christum Iesum erga uos. Spiritũ ne extinguatis, prophetias ne asperneminí. Omnia probate: quod bonum fuerit, tenete. Ab omni specie mala abstinete. Ipse autem deus pacis sanctificet uos totos: & integer uester spiritus, & anima & corpus, ita ut in nullo possitis culpari, in aduẽtu domini nostri Iesu Christi seruetur. Fidelis est qui uocauit uos, qui idem efficiet. Fratres, orate pro nobis. Salutate fratres omneis cum osculo sancto. Adiuro uos per dominũ, ut recitetur hæc epistola omnibus sanctis fratribus. Gratia domini nostri Iesu Christi sit uobiscum.

Ad Thessalonicenses prima,
scripta fuit ex Athenis.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΗΣ ΔΕΥΤΕΡΑΣ ΠΡΟΣ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΙΣ ΔΙΟΥΤΟΥ ΕΡΑΣΜΟΥ ΡΟΤΕΡΟΔΑΜΟΥ.

ΤΑΥΤΗΝ ΕΠΕΣΤΕΛΛΕΝ ΑΠΟ ΡΩΜΗΣ. Η ΔΕ ΠΡΟΦΑΣΙΣ ΤΗΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ ΑΥΤΗ. ΤΙΝΕΣ ΑΠΟ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΗΣ ΑΡΓΟΙ ΚΑΙ ΑΤΑΚΤΟΙ ΠΟΛΙΟΡΧΟΥΜΕΝΟΙ, ΟΥΣ ΑΔΕΛΦΟΥΣ ΑΦΗΡΠΑΖΟΥ, ΩΣ ΗΔΗ ΤΗΣ ΠΑΡΟΥΣΙΑΣ ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ ΓΕΝΟΜΕΝΗΣ. ΑΠΑΤΩΝ ΔΕ ΟΥΣ ΑΝΕΥΟΝΤΑΣ, ΩΣ ΤΟΥ ΑΠΟΣΟΛΟΥ ΟΥΠΩ ΔΗΛΟΥΝΤΟΣ, ΚΑΙ ΥΠΟ ΤΩΝΔΥΜΑΤΟΣ ΑΝΕΥΟΝΤΑΣ. ΤΑΥΤΑ ΤΟΙΝΥΝ ΜΑΘΩΝ Ο ΑΠΟΣΤΟΛΟΣ, ΓΡΑΦΕΙ ΤΗΝ ΔΕΥΤΕΡΑΝ ΕΠΙΣΤΟΛΗΝ, ΚΑΙ ΠΡΩΤΟΝ ΜΕΝ ΑΠΟΔΕΧΕΤΑΙ ΤΗΝ ΠΙΣΤΙΝ ΑΥΤΩΝ ΑΥΞΑΝΟΥΣΑΝ. ΚΑΙ ΟΤΙ ΓΕ ΑΥΤΟΙΣ ΕΚΑΙΝΟΤΟΜΕΙΤΟ, ΤΑΣ ΘΛΙΨΕΙΣ ΓΕΝΝΑΙΩΣ ΥΠΟΦΕΡΟΥΣΙ ΔΙΑ ΤΟΝ ΧΡΙΣΤΟΝ. ΚΑΙ ΠΑΡΑΜΥΘΕΙΤΑΙ ΔΕ ΑΥΤΟΥΣ ΩΣ ΟΥΚΟΜΦΗΣ ΕΚΔΙΚΙΑΣ ΠΑΡΑ ΤΟΥ ΘΕΟΥ ΚΑΤΑ ΤΩΝ ΑΥΤΟΥΣ ΕΚΔΙΚΟΥΝΤΩΝ. ΕΠΕΙΤΑ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΠΑΡΟΥΣΙΑΣ ΤΟΥ ΣΩΤΗΡΟΣ ΔΙΔΑΣΚΕΙ, ΜΗΔΕΝΙ ΑΥΤΟΥΣ ΠΕΙΘΕΣΘΑΙ, ΜΗΔΕ ΤΡΟΕΙΣΘΑΙ ΑΥΤΟΥΣ, ΜΗ ΤΕ ΔΙΑ ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ, ΜΗ ΤΕ ΔΙ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ ΩΣ ΑΥΤΟΥ ΓΡΑΦΑΝΤΟΣ, ΜΗΔ' ΟΛΩΣ ΝΟΜΙΖΕΙΝ ΗΔΗ ΠΑΡΕΙΝΑΙ ΑΥΤΗΝ. ΜΗ ΓΑΡ ΠΡΟΤΕΡΟΝ ΕΣΕΣΘΑΙ ΑΥΤΟΥΣ, ΕΑΝ ΜΗ Η ΑΠΟΣΤΑΣΙΑ ΠΡΩΤΟΝ ΕΛΘΗ, ΚΑΙ ΜΕΤ' ΑΥΤΗΣ Ο ΑΝΤΙΧΕΙΣΘΟΣ, Ο ΥΙΟΣ ΤΗΣ ΑΠΩΛΕΙΑΣ, ΟΥ ΤΗΝ ΠΑΡΟΥΣΙΑΝ ΕΝ ΣΗΜΕΙΟΙΣ ΚΑΙ ΤΕΡΑΣΙ ΨΕΥΔΕΣΙ ΚΑΤ' ΕΝΕΡΓΕΙΑΝ ΤΟΥ ΣΑΤΑΝΑ ΕΣΕΣΘΑΙ, ΣΗΜΑΙΝΕΙ. ΕΙΤΑ ΠΑΡΑΙΝΕΣΑΣ ΑΥΤΟΙΣ ΣΤΗΚΕΙΝ ΕΜΠΑΙΩΣ, ΚΑΙ ΚΡΑΤΕΙΝ ΤΑΣ ΠΑΡΑΔΟΣΕΙΣ, ΑΣ ΕΔΙΔΑΧΘΗΣΑΝ ΠΑΡ' ΑΥΤΟΥ, ΠΑΡΑΓΓΕΛΛΕΙ ΜΗΔΕ ΜΙΑΝ ΚΟΙΝΩΝΙΑΝ ΕΧΕΙΝ ΜΕΤΑ ΤΩΝ ΑΤΑΚΤΩΝ, ΑΛΛΑ ΑΠΟΒΑΛΛΕΙΝ ΑΥΤΟΥΣ. ΕΙΝΑΙ ΓΑΡ ΠΟΛΥΡΡΗΜΟΝΕΣ ΚΑΙ ΠΛΑΝΗΤΑΣ ΔΗΛΩΣΕ ΤΟΥΣ ΤΟΙΟΥΤΟΥΣ. ΚΑΙ ΚΑΘΟΛΟΥ ΔΕ ΠΑΡΗΓΓΕΙΛΕ ΤΟΥ ΜΗ ΥΠΑΚΟΥΟΝΤΑ ΤΟΙΣ ΛΟΓΟΙΣ ΑΥΤΟΥ, ΟΥΤΟΝ ΑΠΟΣΤΟΜΑΤΙΖΕΣΘΑΙ. ΚΑΙ ΛΟΙΠΟΝ ΕΥΧΕΤΑΙ ΛΕΓΩΝ ΑΥΤΟΙΣ ΕΙΡΗΝΗΝ, ΤΕΛΕΙΟΙ ΤΗΝ ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΘΕΟΝ ΤΟΥ ΒΑΠΤΙΣΜΟΥ ΤΗ ΙΔΙΑ ΧΕΙΡΙ ΓΡΑΨΑΣ, ΟΠΕΡ ΣΗΜΕΙΟΝ ΕΙΝΑΙ ΠΑΣΗΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ ΔΗΛΗΛΟΥΣΗΣ.

IN EPISTOLAM AD THESSALONICENSES posteriorem, argumentum per Des. Eraſmum Roterodamum.

QVoniam non contigit Paulo facultas reuiſendi Theſſalonicenſes, per epiſtolam confirmat illorum animos, ut fortiter ferant illatas ob Chriſtum afflictiones, nec ipſis defuturum præmium, nec aduerſarijs uindictam. Rurſum de die aduentus domini, de quo nonnihil attigerat in epiſtola ſuperiori, monet, ne quid commouerẽtur quorundam dictis, qui aſſeuerabant illum iam inſtare, tecte, ſicuti putant, ſignificans, prius abolendum Romanum imperium, ac deinde uenturum antichriſtum. Attentius etiam inculcat, coercendos eſſe, qui ocio & curioſitate ſua turbarent quietem & ordinem publicũ, & ad opus adigendos, quum ipſe Paulus apud eos manibus ſuis laborarit. Scripſit Athenis per eoſdem per quos miſit priorem epiſtolam, ut noſtra docent argumenta.

ΠΡΟΣ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΙΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΔΕΥΤΕΡΑ

EPISTOLA PAVLI AD THESSALONICENSES SECVNDA

ΠΑΥΛΟΣ καὶ σιλουανὸς καὶ τιμόθεος, τῇ ἐκκλησίᾳ θεσσαλονικέων ἐν θεῷ πατρὶ ἡμῶν καὶ κυρίῳ ἰησοῦ χριστῷ. χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ θεοῦ πατρὸς ἡμῶν καὶ κυρίου ἰησοῦ χριστοῦ. εὐχαριστεῖν ὀφείλομεν τῷ θεῷ πάντοτε περὶ ὑμῶν ἀδελφοί, καθὼς ἄξιόν ἐστιν, ὅτι ὑπεραυξάνει ἡ πίστις ὑμῶν, καὶ πλεονάζει ἡ ἀγάπη ἑνὸς ἑκάστου πάντων ὑμῶν εἰς ἀλλήλους, ὥστε ἡμᾶς αὐτοὺς ἐν ὑμῖν καυχᾶσθαι ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τοῦ θεοῦ, ὑπὲρ τῆς ὑπομονῆς ὑμῶν καὶ πίστεως, ἐν πᾶσι τοῖς διωγμοῖς ὑμῶν, καὶ ταῖς θλίψεσιν αἷς ἀνέχεσθε, ἔνδειγμα τῆς δικαίας κρίσεως τοῦ θεοῦ, εἰς τὸ καταξιωθῆναι ὑμᾶς τῆς βασιλείας τοῦ θεοῦ, ὑπὲρ ἧς καὶ πάσχετε. εἴπερ δίκαιον παρὰ θεῷ, ἀνταποδοῦναι τοῖς θλίβουσιν ὑμᾶς, θλῖψιν, καὶ ὑμῖν τοῖς θλιβομένοις ἄνεσιν μεθ' ἡμῶν ἐν τῇ ἀποκαλύψει τοῦ κυρίου ἰησοῦ ἀπ' οὐρανοῦ, μετ' ἀγγέλων δυνάμεως αὐτοῦ, ἐν πυρὶ φλογός, διδόντος ἐκδίκησιν τοῖς μὴ εἰδόσι θεόν, καὶ τοῖς μὴ ὑπακούουσι τῷ εὐαγγελίῳ τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ, οἵτινες δίκην τίσουσιν, ὄλεθρον αἰώνιον, ἀπὸ προσώπου τοῦ κυρίου, καὶ ἀπὸ τῆς δόξης τῆς ἰσχύος αὐτοῦ, ὅταν ἔλθῃ ἐνδοξασθῆναι ἐν τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ, καὶ θαυμασθῆναι ἐν πᾶσι τοῖς πιστεύουσιν, ὅτι ἐπιστεύθη τὸ μαρτύριον ἡμῶν ἐφ' ὑμᾶς ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, εἰς ὃ καὶ προσευχόμεθα πάντοτε περὶ ὑμῶν, ἵνα ὑμᾶς ἀξιώσῃ τῆς κλήσεως ὁ θεὸς ἡμῶν, καὶ πληρώσῃ πᾶσαν εὐδοκίαν ἀγαθωσύνης, καὶ ἔργον πίστεως ἐν δυνάμει, ὅπως ἐνδοξασθῇ τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ ἐν ὑμῖν, καὶ ὑμεῖς ἐν αὐτῷ κατὰ τὴν χάριν τοῦ θεοῦ ἡμῶν καὶ κυρίου ἰησοῦ χριστοῦ.

ἐρωτῶμεν δὲ ὑμᾶς ἀδελφοὶ ὑπὲρ παρουσίας τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ, καὶ ἡμῶν ἐπισυναγωγῆς ἐπ' αὐτόν, εἰς τὸ μὴ ταχέως σαλευθῆναι ὑμᾶς ἀπὸ τοῦ νοός, μήτε θροεῖσθε, μήτε διὰ πνεύματος, μήτε διὰ λόγου, μήτε δι' ἐπιστολῆς ὡς δι' ἡμῶν, ὡς ὅτι ἐνέστηκεν ἡ ἡμέρα τοῦ χριστοῦ, μή τις ὑμᾶς ἐξαπατήσῃ κατὰ μηδένα τρόπον, ὅτι ἐὰν μὴ ἔλθῃ ἡ ἀποστασία πρῶτον, καὶ ἀποκαλυφθῇ ὁ ἄνθρωπος τῆς ἁμαρτίας, ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας, ὁ ἀντικείμενος καὶ ὑπεραιρόμενος ἐπὶ πάντα λεγόμενον θεὸν, ἢ σέβασμα, ὥστε αὐτὸν εἰς τὸν ναὸν τοῦ θεοῦ, ὡς θεὸν καθίσαι, ἀποδεικνύντα ἑαυτὸν ὅτι ἐστὶ θεός. οὐ μνη-

PAVLVS & Siluanus ac Timotheus eccleſiæ Theſſalonicēſium, in deo patre noſtro & domino Ieſu Chriſto: gratia ſit uobis & pax à deo patre noſtro & domino Ieſu Chriſto. Gratias agere debemus deo ſemper de uobis, fratres, ut par eſt quod uehementer augeſcit fides ueſtra, & exuberat mutua ueſtra omniū charitas, cuiuſcȝ in alterum, adeo ut nos ipſi de uobis gloriemur in eccleſijs dei, de toleratia ueſtra & fide ſuper omnibus perſequutionibus ueſtris & afflictionibus quas ſuſtinetis, documentū iuſti iudicij dei, in hoc ut digni habeamini regno dei, pro quo & patimini. Siquidem iuſtum eſt apud deum, reddere ijs qui affligunt uos, afflictionē, & uobis qui affligimini relaxationē nobiſcum, quum reuelabitur dominus Ieſus de cœlo, cum angelis potentiæ ſuæ, cū incēdio flammæ, qui infligit ultionem ijs qui non nouerunt deum, & qui non obediunt euangelio domini noſtri Ieſu Chriſti: qui pœnā luent, interitum æternum, à facie domini, & à gloria fortitudinis illius, quum uenerit ut glorificetur in ſanctis ſuis, & admirandus fiat in omnibus credentibus, quòd fides habita ſit teſtimonio noſtro erga uos in die illo: ad qd etiam oramus ſemper pro uobis, ut uos dignos habeat iſta uocatione deus noſter, & compleat omne bonum propoſitū bonitatis, & opus fidei cum potentia: ut illuſtretur nomen domini noſtri Ieſu Chriſti per uos, & uos per illum, iuxta gratiā dei noſtri & domini Ieſu Chriſti. Rogamus autē uos fratres, per aduentum domini noſtri Ieſu Chriſti, & noſtri aggregationē in illum, ne cito dimoueamini à mente, neqȝ turbemini, neqȝ per ſpiritum, neqȝ per ſermonē, neqȝ per epiſtolam, tāquam nobis autoribus, quaſi inſtet dies Chriſti, ne qs uos decipiat ullo modo: quoniā non aduenier dominus, niſi uenerit defectio prius, & reuelatus fuerit homo ille ſceleroſus, filius perditus, qui eſt aduerſarius, & effertur aduerſus omnē qui dicitur deus aut numen, adeo ut in templo dei ſedeat, oſtētans ſeipſum eſſe deum.

An

οὐ μνημονεύετε ὅτι ἔτι ὢν πρὸς ὑμᾶς, ταῦτα ἔλεγον ὑμῖν; καὶ νῦν τὸ κατέχον οἴδατε, εἰς τὸ ἀποκαλυφθῆναι αὐτὸν ἐν τῷ ἑαυτοῦ καιρῷ. τὸ γὰρ μυστήριον ἤδη ἐνεργεῖται τῆς ἀνομίας, μόνον ὁ κατέχων ἄρτι ἕως ἐκ μέσου γένηται, καὶ τότε ἀποκαλυφθήσεται ὁ ἄνομος, ὃν ὁ κύριος ἀναλώσει τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ, καὶ καταργήσει τῇ ἐπιφανείᾳ τῆς παρουσίας αὐτοῦ, οὗ ἐστὶν ἡ παρουσία κατ' ἐνέργειαν τοῦ σατανᾶ ἐν πάσῃ δυνάμει, καὶ σημείοις, καὶ τέρασι ψεύδους, καὶ ἐν πάσῃ ἀπάτῃ τῆς ἀδικίας ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις, ἀνθ' ὧν τὴν ἀγάπην τῆς ἀληθείας οὐκ ἐδέξαντο, εἰς τὸ σωθῆναι αὐτούς. καὶ διὰ τοῦτο πέμψει αὐτοῖς ὁ θεὸς ἐνέργειαν πλάνης, εἰς τὸ πιστεῦσαι αὐτοὺς τῷ ψεύδει, ἵνα κριθῶσι πάντες οἱ μὴ πιστεύσαντες τῇ ἀληθείᾳ, ἀλλ' εὐδοκήσαντες ἐν τῇ ἀδικίᾳ. ἡμεῖς δὲ ὀφείλομεν εὐχαριστεῖν τῷ θεῷ πάντοτε περὶ ὑμῶν ἀδελφοὶ ἠγαπημένοι ὑπὸ κυρίου, ὅτι εἵλετο ὑμᾶς ὁ θεὸς ἀπ' ἀρχῆς εἰς σωτηρίαν ἐν ἁγιασμῷ πνεύματος, καὶ πίστει ἀληθείας, εἰς ὃ ἐκάλεσεν ὑμᾶς διὰ τοῦ εὐαγγελίου ἡμῶν, εἰς περιποίησιν δόξης τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ. ἄρα οὖν ἀδελφοί, στήκετε καὶ κρατεῖτε τὰς παραδόσεις ἃς ἐδιδάχθητε, εἴτε διὰ λόγου, εἴτε δι' ἐπιστολῆς ἡμῶν. αὐτὸς δὲ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς χριστὸς καὶ ὁ θεὸς καὶ πατὴρ ἡμῶν, ὁ ἀγαπήσας ἡμᾶς, καὶ δοὺς παράκλησιν αἰωνίαν, καὶ ἐλπίδα ἀγαθὴν ἐν χάριτι, παρακαλέσαι ὑμῶν τὰς καρδίας, καὶ στηρίξαι ὑμᾶς ἐν παντὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ ἀγαθῷ.

τὸ λοιπόν, προσεύχεσθε ἀδελφοὶ περὶ ἡμῶν, ἵνα ὁ λόγος τοῦ κυρίου τρέχῃ καὶ δοξάζηται, καθὼς καὶ πρὸς ὑμᾶς, καὶ ἵνα ῥυσθῶμεν ἀπὸ τῶν ἀτόπων καὶ πονηρῶν ἀνθρώπων. οὐ γὰρ πάντων ἡ πίστις, πιστὸς δέ ἐστιν ὁ κύριος, ὃς στηρίξει ὑμᾶς, καὶ φυλάξει ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. πεποίθαμεν δὲ ἐν κυρίῳ ἐφ' ὑμᾶς, ὅτι ἃ παραγγέλλομεν ὑμῖν, καὶ ποιεῖτε καὶ ποιήσετε. ὁ δὲ κύριος κατευθύναι ὑμῶν τὰς καρδίας εἰς τὴν ἀγάπην τοῦ θεοῦ, καὶ εἰς τὴν ὑπομονὴν τοῦ χριστοῦ. παραγγέλλομεν δὲ ὑμῖν ἀδελφοί, ἐν ὀνόματι τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ, στέλλεσθαι ὑμᾶς ἀπὸ παντὸς ἀδελφοῦ ἀτάκτως περιπατοῦντος, καὶ μὴ κατὰ τὴν παράδοσιν ἣν παρέλαβον παρ' ἡμῶν. αὐτοὶ γὰρ οἴδατε, πῶς δεῖ μιμεῖσθαι ἡμᾶς, ὅτι οὐκ ἠτακτήσαμεν ἐν ὑμῖν, οὐδὲ δωρεὰν ἄρτον ἐφάγομεν παρά τινος, ἀλλ' ἐν κόπῳ καὶ μόχθῳ νύκτα καὶ ἡμέραν ἐργαζόμενοι, πρὸς τὸ μὴ ἐπιβαρῆσαί τινα ὑμῶν. οὐχ, ὅτι οὐκ ἔχομεν ἐξουσίαν, ἀλλ' ἵνα ἑαυτοὺς τύπον δῶμεν ὑμῖν εἰς τὸ μιμεῖσθαι ἡμᾶς. καὶ γὰρ ὅτε ἦμεν

An non meminiſtis, quum adhuc eſſem apud uos, hæc dixerim uobis? Et nunc quid detineat ſcitis, nempe, ut ille reueletur in ſuo tempore. Nam myſterium nũc agit iniquitatis, tantum qui tenet, in præſentia teneat, donec è medio tollatur, & tunc pateſiet iniquus ille, quẽ dominus conficiet ſpiritu oris ſui, & abolebit claritate aduentus ſui, cuius eſt aduentus ſecundum operationem ſatanæ, cum omni potẽtia & ſignis ac prodigiis mendacibus, & cum omni deceptione iniuſtitiæ in iis qui pereũt, pro eo quod dilectionem ueritatis non receperũt, in hoc ut ſalui fierent. Et propterea mittet illis deus efficaciam illuſionis, ut credant mendacio, ut iudicentur omnes qui non crediderũt ueritati, ſed approbauerunt iniuſtitiam. Nos autem debemus gratias agere deo ſemper de uobis, fratres dilecti à domino, quòd elegerit uos deus ab initio in ſalutem, per ſanctificationẽ ſpiritus ac fidẽ ueritatis, ad quod uocauit uos per euãgelium noſtrum, in acquiſitionem glorię domini noſtri Ieſu Chriſti. Itaq; fratres ſtate, & tenete inſtitutiones quas didiciſtis ſiue per ſermonem, ſiue per epiſtolã noſtram. Ipſe uero dominus noſter Ieſus Chriſtus & deus ac pater noſter qui dilexit nos & dedit cõſolationem æternam & ſpem bonam per gratiam, conſoletur ue
ſtra corda & ſtabiliat uos in omni ſermone
& opere bono. Quod ſupereſt, orate fra- III
tres pro nobis, ut ſermo dñi currat & glorificetur ſicut & apud uos, & ut eripiamur ab abſurdis ac peruerſis hominibus. Nõ enim omnium eſt fides, ſed fidelis eſt dominus, qui ſtabiliet uos & cuſtodiet à malo. Confidimus autem per dominũ de uobis, quòd quæ præcipimus uobis & faciatis & facturi ſitis. Porrò dominus dirigat ueſtra corda in dilectionem dei & in expectationẽ Chriſti. Præcipimus autem uobis fratres, per nomen domini noſtri Ieſu Chriſti, ut ſubducatis uos ab omni fratre qui inordinate ſe gerit, & nõ iuxta inſtitutionem quam accepit à nobis. Nam ipſi ſcitis, quomodo oporteat imitari nos: quoniam non inordinate geſſimus nos inter uos, neq; gratis panem accepimus à quoquã, ſed cum labore & ſudore nocte dieq; facientes opus, ad hoc ne cui ueſtrum eſſemus oneri: nõ quòd id nobis non liceat, ſed ut noſmetipſos formam exhibeamus uobis ad imitandũ nos. Etenim quum

ἡμὲν πρὸς ὑμᾶς, τοῦτο παρηγγέλλομεν ὑμῖν, ὅτι εἴ τις οὐ θέλει ἐργάζεσθαι, μηδὲ ἐσθιέτω. ἀκούομεν γάρ τινας περιπατοῦντας ἐν ὑμῖν ἀτάκτως, μηδὲν ἐργαζομένους, ἀλλὰ περιεργαζομένους. τοῖς δὲ τοιούτοις παραγγέλλομεν καὶ παρακαλοῦμεν διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ, ἵνα μετὰ ἡσυχίας ἐργαζόμενοι, τὸν ἑαυτῶν ἄρτον ἐσθίωσιν. ὑμεῖς δὲ ἀδελφοί, μὴ ἐκκακήσητε καλοποιοῦντες. εἰ δέ τις οὐχ ὑπακούει τῷ λόγῳ ἡμῶν, διὰ τῆς ἐπιστολῆς τοῦτον σημειοῦσθε, καὶ μὴ συναναμίγνυσθε αὐτῷ, ἵνα ἐντραπῇ, καὶ μὴ ὡς ἐχθρὸν ἡγεῖσθε, ἀλλὰ νουθετεῖτε ὡς ἀδελφόν. αὐτὸς δὲ ὁ κύριος τῆς εἰρήνης δώη ὑμῖν τὴν εἰρήνην διὰ παντὸς ἐν παντὶ τρόπῳ. ὁ κύριος μετὰ πάντων ὑμῶν. ὁ ἀσπασμὸς τῇ ἐμῇ χειρὶ Παύλου, ὅ ὅστι σημεῖον ἐν πάσῃ ἐπιστολῇ. οὕτως γράφω. ἡ χάρις τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ μετὰ πάντων ὑμῶν. ἀμήν.

ἐγράφη ἀπὸ ἀθηνῶν.

essemus apud uos, hoc præcipiebamus uobis, ut si quis nollet operari, is nec ederet. Audimus enim quosdã uersantes inter uos inordinate, nihil operis facientes, sed curiose agentes. Iis autem qui sunt istiusmodi, præcipimus & obsecramus per dominũ nostrum Iesum Christum, ut cum quiete operantes, suum ipsorũ panem edant. Vos autem fratres, ne defatigemini in bene faciendo. Quòd si quis nõ obedit sermoni nostro, per epistolam hunc indicate: & ne commercium habeatis cum illo, ut pudore suffundatur: neq; uelut inimicum habeatis, sed admonete ut fratrem. Ipse autem dominus pacis det uobis pacem semper omnibus modis. Dominus sit cum omnibus uobis. Salutatio mea manu Pauli, quod est signum in omni epistola. Ita scribo. Gratia domini nostri Iesu Christi sit cum omnibus uobis. Amen.

Missa fuit ex Athenis.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΗΣ ΠΡΟΣ ΤΙΜΟΘΕΟΝ ΠΡΩΤΗΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ.

ΤΑύτην ἔγραψε ἀπὸ Μακεδονίας. ἡ δὲ πρόφασις τῆς ἐπιστολῆς αὕτη. ἐν τῇ ἐφέσῳ τινὲς ἰουδαΐζοντες ἐπεχείρουν ἐπεισάγειν διδασκαλεῖα, καὶ ἀπατᾶν τοὺς ἀκροατὰς προφάσει τοῦ νόμου. τοῦτο δὲ μαθὼν ὁ ἀπόστολος, προτρέπεται τὸν Τιμόθεον ἐκεῖ προσμεῖναι πρὸς διόρθωσιν αὐτῶν. γράφει δὲ τὴν ἐπιστολὴν, καὶ πρῶτον μὲν ὑπομιμνήσκει Τιμόθεον, εἰδότα τὴν ἐν χεισὶ πίστιν, διδάσκων αὐτὸν πρὸς τοῦ νόμου μὴ μάχεσθαι τοῖς παρὰ τὴν ὀρθὴν διδασκαλίαν λαλοῦσιν, ὡς τιμᾶν τι αὐτούς. καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς ὑμέναιον καὶ ἀλέξανδρον ναυαγήσαντας πρὸς τὴν πίστιν, παρέδωκε τῷ σατανᾷ, ἵνα παιδευθῶσι μὴ βλασφημεῖν. ταῦτα ὑπομνήσας, λοιπὸν διατάσσει αὐτῷ κανόνας ἐκκλησιαστικοὺς πρὸς προσευχὴν, ὡς καὶ ποῦ, καὶ πόρρω τινῶν δεῖ προσεύχεσθαι, πρὸς τοῦ σιγᾶν ἐν ἐκκλησίᾳ τὰς γυναῖκας, καὶ μᾶλλον μανθάνειν, καὶ μὴ διδάσκειν αὐτάς. πρὸς ἐπισκόπων καὶ προσβυτέρων καὶ διακόνων, ὡς καὶ ὁποίους εἶναι δεῖ τοὺς καθισταμένους. πρὸς τῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ χηρῶν, ἀπὸ πόσων ἐτῶν χρὴ ταύτας καταλέγεσθαι, καὶ ὁποίας αὐτὰς εἶναι δεῖ, καὶ ὡς αὐταῖς δεῖ προσέχειν. πρὸς τοῦ σωφρονεῖν τοὺς νεωτέρους, καὶ γαμεῖν μᾶλλον, καὶ μὴ αἰσχρῶς ζῆν. πρὸς τοῦ παραγγέλλειν τοῖς πλουσίοις, μὴ ὑψηλοφρονεῖν, μηδὲ ἐλπίζειν ἐπὶ πλούτῳ. πρὸς τούτων διαταξάμενον προτρέπεται αὐτὸν ταῦτα διδάσκειν, καὶ μηκέτι ὑδροποτεῖν, προσέχειν δὲ ἑαυτῷ καὶ τῇ διδασκαλίᾳ, εἰδότα, ἔσεσθαι καιροὺς ἐν οἷς ἀποστήσονταί τινες τῆς πίστεως. διδάξας δὲ καθαρὰ εἶναι καὶ τὰ βρώματα, καὶ παραγγέλας αὐτῷ ἐκτρέπεσθαι τὰς ἐμφιλονείκους ζητήσεις ὡς βεβήλους, ἐφ' αἷς τινες καινοχώμενοι παρέβησαν τὴν πίστιν, οὕτως τελειοῖ τὴν ἐπιστολήν.

IN EPISTOLAM AD TIMOTHEVM PRIOREM argumentum per Des. Erasmum Roterodamum.

TImotheum matre Iudæa, sed Christiana, patre Græco, Paulus in ministerium adoptarat, probæ indolis iuuenem, & sacris literis eruditum, quem tamen ob Iudæos coactus est circuncidere. Quoniam autem huic ecclesiarum curam delegarat, sicut & Tito, quas ipse non poterat adire, instituit eum in functione episcopali, & in disciplina ecclesiæ, non sic admonens ut discipulum, sed ut filium & collegam. Id quo cum maiore faciat autoritate, subinde apostolicam autoritatem sibi uindicat. Admonet autem, ut reiectis qui Iudaicas fabulas inueherent, ea doceret quæ essent fidei & charitatis: deinde principum licet ethnicorum, autoritatem, quoniam hinc pendebat ordo ciuitatis & tranquillitas rei publicæ, adeo non spernendam Christianis, ut pro his orari iubeat. Quid uiros deceat in cœtu ecclesiastico, quid mulieres, præscribit. Episcopum depingit cum sua familia. Atque hæc fermè tribus capitibus. Deinde admonet, ne recipiat Iudaicas fabulas, de ciborum delectu, de uitando coniugio. Mox docet, qualem se præstare debeat erga grandes natu uiros, erga iuuenes, erga anus, erga puellas, erga uiduas diuites ac pauperes & ecclesiæ stipe alendas, erga adolescentiores & suspectæ etiamnum ætatis. Ad hæc præscribit, quid præcipere debeat dominis, quid seruis, quid diuitibus: admonens modis omnibus reiiciendas contentiosas quæstiones sophistarum, inani doctrinæ specie sese uenditantium. Scribit è Laodicea per Tychicum diaconum.

ΠΡΟΣ ΤΙΜΟΘΕΟΝ ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΡΩΤΗ

ΠΑΥΛΟΣ ἀπόστολος ἰησοῦ χριστοῦ κατ' ἐπιταγὴν θεοῦ σωτῆρος ἡμῶν, καὶ κυρίου ἰησοῦ χριστοῦ, τῆς ἐλπίδος ἡμῶν, τιμοθέῳ γνησίῳ τέκνῳ ἐν πίστει. χάρις, ἔλεος, εἰρήνη ἀπὸ θεοῦ πατρὸς ἡμῶν καὶ κυρίου ἰησοῦ χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν. καθὼς παρεκάλεσά σε προσμεῖναι ἐν ἐφέσῳ, πορευόμενος εἰς μακεδονίαν, ἵνα παραγγείλῃς τισὶ μὴ ἑτεροδιδασκαλεῖν, μηδὲ προσέχειν μύθοις, καὶ γενεαλογίαις ἀπεράντοις, αἵτινες ζητήσεις παρέχουσι μᾶλλον ἢ οἰκοδομίαν θεοῦ τὴν ἐν πίστει. τὸ δὲ τέλος τῆς παραγγελίας ἐστὶν, ἀγάπη ἐκ καθαρᾶς καρδίας, καὶ συνειδήσεως ἀγαθῆς, καὶ πίστεως ἀνυποκρίτου. ὧν τινες ἀστοχήσαντες, ἐξετράπησαν εἰς ματαιολογίαν, θέλοντες εἶναι νομοδιδάσκαλοι, μὴ νοοῦντες μήτε ἃ λέγουσι, μήτε περὶ τίνων διαβεβαιοῦνται. οἴδαμεν δὲ, ὅτι καλὸς ὁ νόμος, ἐάν τις αὐτῷ νομίμως χρῆται, εἰδὼς τοῦτο, ὅτι δικαίῳ νόμος οὐ κεῖται, ἀνόμοις δὲ καὶ ἀνυποτάκτοις, ἀσεβέσι καὶ ἁμαρτωλοῖς, ἀνοσίοις καὶ βεβήλοις, πατρολῴαις, καὶ μητρολῴαις, ἀνδροφόνοις, πόρνοις, ἀρσενοκοίταις, ἀνδραποδισταῖς, ψεύσταις, ἐπιόρκοις, καὶ εἴ τι ἕτερον τῇ ὑγιαινούσῃ διδασκαλίᾳ ἀντίκειται κατὰ τὸ εὐαγγέλιον τῆς δόξης τοῦ μακαρίου θεοῦ, ὃ ἐπιστεύθην ἐγώ. καὶ χάριν ἔχω τῷ ἐνδυναμώσαντί με χριστῷ ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, ὅτι πιστόν με ἡγήσατο, θέμενος εἰς διακονίαν, τὸν πρότερον ὄντα βλάσφημον, καὶ διώκτην, καὶ ὑβριστήν, ἀλλὰ καὶ ἠλεήθην, ὅτι ἀγνοῶν ἐποίησα ἐν ἀπιστίᾳ. ὑπερεπλεόνασε δὲ ἡ χάρις τοῦ κυρίου ἡμῶν μετὰ πίστεως, καὶ ἀγάπης, τῆς ἐν χριστῷ ἰησοῦ. πιστὸς ὁ λόγος, καὶ πάσης ἀποδοχῆς ἄξιος, ὅτι χριστὸς ἰησοῦς ἦλθεν εἰς τὸν κόσμον, ἁμαρτωλοὺς σῶσαι, ὧν πρῶτός εἰμι ἐγώ. ἀλλὰ διὰ τοῦτο ἠλεήθην, ἵνα ἐν ἐμοὶ πρώτῳ ἐνδείξηται ἰησοῦς χριστὸς τὴν πᾶσαν μακροθυμίαν πρὸς ὑποτύπωσιν τῶν μελλόντων πιστεύειν ἐπ' αὐτῷ εἰς ζωὴν αἰώνιον. τῷ δὲ βασιλεῖ τῶν αἰώνων ἀφθάρτῳ, ἀοράτῳ, μόνῳ σοφῷ θεῷ τιμὴ, δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

τάυτην

EPISTOLA PAVLI AD TIMOTHEVM PRIMA

PAVLVS apostol⁹ Iesu Christi iuxta delegationē dei seruatoris nostri & domini Iesu Christi, qui est spes nostra: Timotheo germano filio in fide, gratia, misericordia, pax à deo patre nostro & domino Iesu Christo dño nostro. Quemadmodum rogaui te, ut remaneres Ephesi, quum proficiscerer in Macedoniā, ita facito: ut denuncies quibusdā, ne diuersam sequantur doctrinam, nec attendant fabulis & genealogijs nunquā finiendis, quæ quæstiones præbent magis quàm ædificationem dei, quæ est per fidem. Porrò finis præcepti, est charitas ex puro corde, & conscientia bona & fide non simulata. A quibus quod aberrarunt quidam, deflexerūt ad uaniloquium, uolētes esse legis doctores, non intelligentes quæ loquūtur, neq; de quibus asseuerant. Scimus autem ꝙ bona sit lex, si quis ea legitime utatur, sciens illud, ꝙ iusto lex non sit posita, sed iniustis & inobsequētibus, impijs & peccatoribus, irreuerētibus & prophanis, patricidis & matricidis, homicidis, scortatoribus, masculorū concubitoribus, plagiarijs, mēdacibus, periuris, & si qd aliud est quod sanæ doctrinæ aduersetur secundum euāgelium gloriæ beati dei, quod concreditū est mihi. Et gratiam habeo, qui me potētem reddidit Christo Iesu domino nostro, quia fidelem me iudicauit, ponēdo in ministeriū, qui prius eram blasphemus & persequutor & uiolentus, sed & misericordiam adeptus sum, quod ignorans fecerim per incredulitatem. Exuberauit autem supra modū gratia domini nostri cum fide & dilectione, quæ est per Christum Iesum. Certus sermo & dignus, quem modis omnibus amplectamur, ꝙ Christus Iesus uenit in mundum, ut peccatores saluos faceret, quorum primus sum ego. Verum ideo misericordiam sum adeptus, ut in me primo ostenderet Iesus Christus omnem clementiam ad exprimendū exemplar ijs, qui crediturí essent in ipso, in uitam æternā. Regi aūt seculorū immortali, inuisibili, soli sapiēti deo honor, gloria in secula seculorū, amē.

Hoc

τὴν τὴν παραγγελίαν παρατίθεμαί σοι τέκνον τιμόθεε, κατὰ τὰς προαγούσας ἐπί σε προφητείας, ἵνα στρατεύῃ ἐν αὐταῖς τὴν καλὴν στρατείαν, ἔχων πίστιν καὶ ἀγαθὴν συνείδησιν ἥν τινες ἀπωσάμενοι περὶ τὴν πίστιν ἐναυαγησαν, ὧν ἐστιν ὑμέναιος καὶ ἀλέξανδρος, οὓς παρέδωκα τῷ σατανᾷ, ἵνα παιδευθῶσι μὴ βλασφημεῖν.

Hoc præceptum commendo tibi fili Timothee, iuxta prophetias quæ de te præcesserunt, ut milites in eis bonam militiã habens fidem & bonam conscientiam, qua repulsa nonnulli circa fidem naufragium fecerunt, quorum de numero est Hymenæus & Alexander, quos tradidi satanæ, ut discant non maledicere.

Παρακαλῶ οὖν, πρῶτον πάντων ποιεῖσθαι δεήσεις, προσευχάς, ἐντεύξεις, εὐχαριστίας ὑπὲρ πάντων ἀνθρώπων, ὑπὲρ βασιλέων, καὶ πάντων τῶν ἐν ὑπεροχῇ ὄντων, ἵνα ἤρεμον καὶ ἡσύχιον βίον διάγωμεν ἐν πάσῃ εὐσεβείᾳ καὶ σεμνότητι. τοῦτο γὰρ καλὸν καὶ ἀπόδεκτον ἐνώπιον τοῦ σωτῆρος ἡμῶν θεοῦ, ὃς πάντας ἀνθρώπους θέλει σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν. εἷς γὰρ θεός, εἷς καὶ μεσίτης θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, ἄνθρωπος χριστὸς ἰησοῦς, ὁ δοὺς ἑαυτὸν ἀντίλυτρον ὑπὲρ πάντων, τὸ μαρτύριον καιροῖς ἰδίοις, εἰς ὃ ἐτέθην ἐγὼ κήρυξ καὶ ἀπόστολος, ἀλήθειαν λέγω ἐν χριστῷ, οὐ ψεύδομαι, διδάσκαλος ἐθνῶν ἐν πίστει καὶ ἀληθείᾳ. Βούλομαι οὖν προσεύχεσθαι τοὺς ἄνδρας ἐν παντὶ τόπῳ, ἐπαίροντας ὁσίους χεῖρας χωρὶς ὀργῆς καὶ διαλογισμοῦ. ὡσαύτως καὶ τὰς γυναῖκας ἐν καταστολῇ κοσμίῳ, μετὰ αἰδοῦς καὶ σωφροσύνης κοσμεῖν ἑαυτάς, μὴ ἐν πλέγμασιν, ἢ χρυσῷ, ἢ μαργαρίταις, ἢ ἱματισμῷ πολυτελεῖ, ἀλλ' ὃ πρέπει γυναιξὶν, ἐπαγγελλομέναις θεοσέβειαν δι' ἔργων ἀγαθῶν. γυνὴ ἐν ἡσυχίᾳ μανθανέτω ἐν πάσῃ ὑποταγῇ. γυναικὶ δὲ διδάσκειν οὐκ ἐπιτρέπω, οὐδὲ αὐθεντεῖν ἀνδρὸς, ἀλλ' εἶναι ἐν ἡσυχίᾳ. ἀδὰμ γὰρ πρῶτος ἐπλάσθη, εἶτα εὔα, καὶ ἀδὰμ οὐκ ἠπατήθη, ἡ δὲ γυνὴ ἀπατηθεῖσα ἐν παραβάσει γέγονε, σωθήσεται δὲ διὰ τῆς τεκνογονίας, ἐὰν μείνωσιν ἐν πίστει καὶ ἀγάπῃ καὶ ἁγιασμῷ μετὰ σωφροσύνης.

Hoc præceptum commendo tibi fili Timothee, iuxta prophetias quæ de te præcesserunt, ut milites in eis bonam militiã habens fidem & bonam conscientiam, qua repulsa nonnulli circa fidem naufragium fecerunt, quorum de numero est Hymenæus & Alexander, quos tradidi satanæ, ut discant non maledicere. Adhortor igitur ut ante omnia fiant deprecationes, obsecratiões, interpellationes, gratiarũ actiones pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus in eminentia constitutis, ut placidam ac quietam uitam degamus cum omni pietate & honestate. Nam hoc bonũ est & acceptũ coram seruatore nostro deo, qui cunctos homines uult saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire. Vnus enim deus, unus etiam conciliator dei & hominũ, homo Christus Iesus, qui dedit semetipsum preciũ redemptionis pro omnibus, ut esset testimoniũ tẽporibus suis, in quod positus sum ego præco & apostolus. Veritatem dico in Christo, non mentior, doctor gentium cum fide & ueritate. Volo igitur orare uiros in omni loco sustollentes puras manus absq; ira & disceptatione. Consimiliter & mulieres in amictu modesto, cum uerecũdia & castitate ornare semetipsas, non tortis crinibus aut auro aut margaritis aut uestitu sũptuoso, sed quod decet mulieres, profitẽtes pietatẽ per opera bona. Mulier in silẽtio discat cũ omni subiectione. Cæterũ mulieri docere non permitto, neq; autoritatẽ usurpare in uiros, sed esse in silẽtio. Adam enim prior formatus est, deinde Eua: & Adam nõ fuit deceptus, sed mulier seducta obnoxia facta est transgressioni: salua tamen fiet per generationẽ liberorũ, si mãserint in fide ac dilectione & sanctificatione cũ castitate.

Indubitatus sermo: si quis episcopi munꝰ appetit, honestũ opus desiderat. Oportet igitur episcopũ irreprehensibilẽ esse, unius uxoris maritũ, uigilantẽ, sobriũ, modestũ, hospitalẽ, aptũ ad docendũ, non uinolentũ, non percussorem, non turpiter lucri cupidũ, sed æquũ, alienũ à pugnis, alienũ ab auaritia, qui suæ domui bene præsit, q̃ liberos habeat in subiectione cũ omni reuerẽtia. q̃ si qs q̃prie domui prę esse non nouit, quomodo ecclesiã dei curabit? Nõ nouitiũ, ne inflatꝰ in condẽnationẽ incidat calũniatoris. oportet aũt illũ & bonũ habere testimoniũ ab extraneis, ne in q̃brũ incidat

III

ὑπὸ τὸν τοῦ διαβόλου. δεῖ δὲ αὐτὸν καὶ μαρτυρίαν καλὴν ἔχειν ἀπὸ τῶν ἔξωθεν, ἵνα μὴ εἰς ὀνειδισμὸν ἐμπέσῃ

